UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

omnimodo reijciendū, & pro nō ſcripto haberi dēt.
l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.teſta.¶Sed his non ob-
ſtantibus Dec.in d.conſi.181.concludit,nepotes,qui
bus ſimiliter aliquid fuerit iure inſtitutionis relictū,
non poſſe ex pſona ſua ſuccedere auo donatario, ſed
ſolū conſequi id debere,quod fuerat relictū, propte-
rea quia mater illarū propter dotem datā, & propter
alia ſibi conceſſa renunciauerat cum iuramento hæ-
reditati,& legitimæ,ac oībus iuribus, &c. & ſe uoca-
uerat contentam,& tacitā pro oī portione,& ſucceſ-
ſione ſibi debita,aut debenda,veluti ēt dicit, & con-
cludit Pau.de Caſt.in d.cōſi.416.Vel dato, prædictos
nepotes poſſe admitti ad petendū ſupplementū legi-
timæ ſuæ,quæ ipſis deberi poſſet ex oībus bonis, quæ
58 dictus Petrus habuit,dico,& concludo,† ꝙ dotes da-
tæ,& correda, ac alia aſſignata Do. Corneliæ ab ipſo
Petro oīno ſunt in legitimam ſuā,illiusq; ſupplemen
tum computanda,quia ſicut dos data à patre filiæ,vel
ab auo nepti eſt in legitimam filię, ſeu neptis ꝯputan
da.l.qm̃ nouella.C.de inoffi.teſt. ita & id, quod datū
fuit filiæ, computari dēt in legitimam nepotibus ex
ipſa filia debitam,vt ꝯcludit Bar.in l.quartā.ff.ad l.fal
cid.Et quāuis plures fuerint ꝯtrariā opinionē ſequuti
in d.l.in quartā.& in d.l.qm̃ nouella.tñ opinio Bar.uř
magis cōis,ut atteſtatur Dec.in d.conſi.181. qui alle-
gat tenentes opinionē Bar.quē ipſe in caſu occurren-
ti ſequiť.Præterea poſito,ꝙ opinio Bar. in d.l.in quar
tam.eſſet dubia, & cōtraria,eſſet de iure verior,ꝙ dos
data à patre filiæ non eſſet computanda in legitimā
debitam in bonis aui ipſis nepotib. ex filia, qui vellēt
ex ſuo iure,& ex ſua perſona uenire ad ſucceſſionem
aui,cui filia prędeceſſiſſet,qm̃ tex. in d.l. qm̃ nouella.
vult dotē datā debere imputari in legitimam illi filię
ſeu nepti,cui dos data fuit,non aūt filijs illius filię,vel
nepti,tamen hæc difficultas,& diſputatio in caſu no-
ſtro non eſt neceſſaria,cū ſimus in caſu claro, in quo
dos data D.Corneliæ, & alia ſibi aſſignata oīno ſunt
in legitimā nepotibus ex dicta D. Cornelia debitā ꝯ-
putanda,qm̃ Petrus teſtator expreſſè diſpoſuit,& uo-
luit,ꝙ illa oīa ſint in legitimā nepotū computāda; &
59 †vbicunque teſtator expreſſe aliquid eſſe computan
dum diſponit,tunc id dēt ꝯputari,ēt ſi eſſet tale quid,
quod aliàs de iure,& regulariter,ac in dubio non eēt
ꝯputādū,vt ꝯcludunt oēs ſcribētes,Bar.&alij in d.l.in
quartam.in 4.& 5.col.in uer.venio.per tex.in l.ēt. §. ſi
debita.uerſi. ſed & ſi non mortis. ff. de bonis liberto.
Et ſic caſus noſter eſt clarior, q̃ ſit caſus, in quo Dec.
cōſuluit:quia ibi auus ſimpliciter aliquid reliquit ne-
potibus pro ſua legitima, nec fuerat expreſſum, ꝙ in
legitimā ſuā deberent ꝯputare dotem, & alia matri il
lorum data,& tñ uoluit Dec.ex mente Bar.ꝙ ipſi ne-
potes dotem maternam, & alia matri ſuæ data ꝯputa
re tenerentur:in caſu aūt noſtro auus voluit expreſſè
illa debere ꝯputari.¶Et præſuppoſito,non tñ pro ab-
ſol uto conceſſo,ꝙ hi nepotes debeant integram legi
timam in bonis aui conſequi,& habere, & ad ſupple-
mentum illius ex ſua perſona, & iure proprio agere
60 poſſint,ſupereſt adhuc difficultas,†quanta ſit, & eſſe
debeat hæc legitima, utrum tertia omnium bonorū
aui,quæ ipſe habuit tēpore mortis,iuxta tex.in authē.
nouiſſima.& in corpore,unde ſumitur.C.de inoffi.te
ſta.an uerò minor portio, uidelicet ſexta oīum bono
rū aui: &, p̃termiſſa diſputatione, ꝯcludo in caſu oc-
currenti ipſis nepotibus pro legitima ſibi debita ſolū
ſextam omnium bonorū deberi, computando in eā
dotem maternam,& correda, & alia quæ illorum ma
ter ab auo habuit,ut ſupra dictū eſt. Quòd aūt eorum
legitima ſolum ſit ſexta pars omnium bonorum aui,
clariſſimè demonſtratur:nam ex forma ſtatutorū ci-
uitatis Piſarum ad ſucceſſionem inteſtati alicuius ſi-
mul admittuntur nepotes ex filia,& frater defun[...]
frater defuncti ſolum admittitur in virili,& nep[...]
ſi ex una filia deſcendant, ad aliam uirilem,ſi u[...]
pluribus filiabus plures ſint nepotes,tūc frater i[...]
virili,& nepotes in ſtirpes, & non in capita, ut ſ[...]
ſint nepotes ex una filia, & unus ex alia filia, tre[...]
debebunt portiones,unam uirilem habebit fra[...]
liam illi duo nepotes nati ex una filia, & aliā uiri[...]
& ſic tertiā ille alius nepos ex alia filia; ſimiliter [...]
unus frater,& duo ſint nepotes ex una filia,unam[...]
lem,hoc eſt dimidiam frater habebit,& aliam u[...]
& ſic dimidiam duo nepotes ex filia conſequēt[...]
clarè innuunt uerba ſtatuti. Quibus ſtātibus dic[...]
ī caſu noſtro legitima debita ipſis duobus nepo[...]
ex Do.Cornelia natis,dicetur eſſe tertia pars illo[...]
bonorum, in quibus ab inteſtato ipſi nepotes ſu[...]
ſiſſent,quæ in effectu dicitur eſſe ſexta pars omn[...]
bonorum aui,quę habuit tempore ſuæ mortis, c[...]
putatis etiam bonis, quę habuit, & acquiſiuit e[...]
nunciatione,& donatione ſibi facta per filiam D[...]
nam Corneliam,ut de ſe cuilibet rectè calculant[...]
tet: nam cum in caſu noſtro ipſi nepotes ab int[...]
to ſolum potuiſſent ſuccedere in una uirili, ho[...]
in dimidiam omni ūbonorum,& in alia uirili,ſe[...]
midia fratres, ſequitur, quòd tertia pars illius d[...]
diæ,in qua nepotes ab inteſtato ſucceſſiſſent, qu[...]
effectu eſt ſexta pars omnium bonorum,ut ſupr[...]
61 catur eſſe ſua legitima iure naturæ debita. † Nam[...]
gitima debita iure naturæ eſt tertia pars illorum[...]
norum, in quibus, ab inteſtato filij, ſeu nepotes[...]
ceſſiſſent defuncto, ſi ipſe ab inteſtato deceſſiſſe[...]
eſt textus in c.Raynutius.extra de teſtamen.& ib[...]
betur, & in l.quæ nuper.& l.parentibus. C. de in[...]
cio. teſtamen. & ideò ſi filia ſit à ſucceſſione int[...]
ti in totum propter maſculos excluſa, illa non [...]
partem, nec admittitur ad partem etiam legi[...]
quoniam cum ab inteſtato non poſſit ſuccedere[...]
poteſt dici ſibi debita aliqua legitima, quæ eſt te[...]
uel dimidia eius, quod quis deberet obtinere ſu[...]
dendo ab inteſtato iuxta numerum filiorum, ut [...]
authen. nouiſſima. iunctis iuribus præmiſſis. E[...]
concludunt Docto.communiter poſt Barto.in l[...]
lus.§.& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. [...]
cta opinione Saliceti relata per Alexandrum, [...]
lios ibi, & latè dixi in d.c.Raynutius. Et ex his om[...]
dubia in præſenti cauſa propoſita reſoluta appar[...]
Laus Deo.

## S V M M AE.

1 *Renuntiatio bonorum maternorū, vel paternorū facta ēt cū iura[...]*
*to à filia minore annis 25. in manibus patris, propter enor[...]*
*mam filiæ læſionem reſcinditur aduerſus patrem, etiam da[...]*
*te filiæ à patre in illorum bonorum recompenſationem. Ma[...]*
*ſi hæc bona iam fuiſſent filiæ realiter acquiſita. nu. 5.*
*Secus eſt in filia, quæ renunciationis, & donationis tempore [...]*
*& legitimæ ætatis fuiſſet, & dotem congruam habuiſſet, [...]*
*mero. 25.*
*Idem, ſi lęſioni etiam enormiſſimę expreſsè cum iuramento re[...]*
*ciaſſet. nu. 44.*
2 *Iuramentum quomodocunque ſumptum, in quo dolus etiam re[...]*
*interuenit, non ligat, ut illi, & contractui ſit ſtandum.*
3 *Lęſio enormiſſima, ſeu enormior dolum in ſe continet.*
4 *Dolus re ipſa dolo ex propoſito æquiparatur.*
6 *C. quamuis. de pactis in 6. declaratur.*
7 *Filia minor ſub cura, & gubernio patris exiſtens ſi cum patre [...]*
*trahat, illi bona maximè materia, iamq; ſibi delata, & acq[...]*
*ta donando, & renunciando, parua dote præ bonis donatis [...]*
*data, & metu reuerētiali paterno compulſa donaſſe, & re[...]*
*ciaſſe præſumitur.*

Renun-

8 Renunciatio ſucceſsionis paternæ facta à filia patri propter dotem datam non valet, nec nocet filiæ, niſi adſit iuramentũ, & n. 11.

Non valet etiam, ſi iuramentum adiectum haberetur pro non adiecto, aut quoquo modo eſſet ſine effectu. nu. 12.

9 Iuramentum iniquitatis vinculum, & non habens comites veritatem, iudicium, & iuſtitiam, non ligat iurantẽ, nec ſeruandũ eſt.

10 Filios bonis ſuis aliundè quæſitis à patre priuari eſt iniquum, & quid crudele factum.

13 Abſolutio à iuramento tollit reatum periurij in eo, qui contractui iurato contraueniret.

14 Abſolutio à iuramento quando parte non citata peti poſſit, & quando pars citari debeat.

15 Contractui à iure ciuili improbato etiam cum iuramẽto inito, ſi dolus in eo interueniat, licitum eſt de iure canonico contrauenire, ẽt non petita, nec impetrata abſolutione à iuramẽto: & de quo dolo intelligatur, n. 46. et quòd imò abſolutio requiratur, n. 47

16 Iuramẽtũ recipit omnes cõdõnes contractus, ſuper quo apponitur.

17 Renunciatio facta à filia patri de bonis paternis, & maternis hanc recipit cõdõnem, ſi ipſa non fuerit enormiſſimè læſa: Niſi enormiſſimæ læſioni fuerit expreſsè cum iuramento renunciatum, num. 48.

18 Læſio enormiſſima filiæ in dicta renunciatione quomodo conſtet.

19 Hæreditatis aditio habet tempus triginta annorum à die delatæ hæreditatis.

20 Hæreditas dicitur adiri contrahendo, ſoluendo, aut alium actum, qui citra ius, nomenque hæredis fieri non poteſt, faciendo.

21 Hæredẽ quis non põt pro parte habere, & pro parte non habere.

22 Minor fœmina timore, & reuerentia patris contrahens etiam cum iuramento, & ex eo contractu decepta poteſt ſaltem impetrata abſolutione à iuramento contrauenire.

23 Renunciatio bonorum maternorum iam acquiſitorum facta à filia patri ſapit donationem, & excedens ſummam quingentorum aureorum eget inſinuatione.

24 Propter filios ſuperuenientes reuocatur.

Fallunt hæc, ſi renunciatio propter dotem datam, & ſic ob cauſam facta eſſet, nu. 50. & 51.

26 C. quamuis. de pactis in 6. de quo dolo intelligatur.

27 Dolus ex re ipſa inductus, & præſumptus non eſt verè, & impropriè dolus.

28 Filia minor patri renuncians, quantuncunque uerba latè pateant, nunquam cenſetur habuiße animum donandi, ſed ſui facilitate, & à patre inducta præſumitur.

29 Legitima ætas regulariter de iure communi eſt annorum 25.

30 Et à ſtatuto loci minor 25. dummodo maior 18. an poteſt induci legitima.

31 Statutum ciuitatis in loco dicitur eſſe ius commune.

32 In donationibus, ſeu alijs diſpoſitionibus liberalitatem ſapientibus factis à maioribus locum non habet ratio enormis, aut enormiſſimæ læſionis, nec in eis procedunt remedia l. 2. C. de reſcin. uẽd.

33 In renunciatione bonorum maternorum, aut paternorum facta à filia patri propter dotem datam læſio conſideratur reſpectu dotis datæ, & non reſpectu bonorum renunciatorum.

34 Doli, violentiæ, & metus præſumptio in filia renunciante patri ceſſat per interuentum iudicis, & conſanguineorum, & per affectionem paternam.

35 In contractibus mulierũ, & minorum quare ſtatuta velint debere interuenire iudicem, conſanguineos, & ſimiles.

36 Iuramento ſponte, & conſideratè ſuſcepto propter enormiſſimam læſionem contrauenire non licet.

37 Iuramentum inducit certiorationem omnium iurium, & beneficiorum.

38 Certioratio ex uerbis inſtrumenti probatur.

39 Legitimæ renunciatio expreſsè facta à filia etiam in vita patris ipſi filiæ obeſt.

Et ſi factæ ſit propter dotem congruam ſibi datam, nec illam, nec alia bona renunciata poteſt repetere.

40 Pater congruè filiam dotando conſilium optimum pro ea ſuſcepiſſe præſumitur.

41 Filia, quæ ex ſtatuto non poteſt ſine licentia, & conſenſu patris cõtrahere, vel renunciare, poteſt cum patre contrahere, illiq; renunciare.

42 Mulier, quæ ſine conſenſu duorum cum iuramento, & iudicis præſentia ex ſtatuti diſpoſitione non poteſt contrahere, validè cum patre ſine vlla ſolemnitate contrahit.

43 Filia, ſeu mulier etiam minor expreſsè cum iuramento renuncians beneficio minoris ætatis, & enormiſſimæ læſionis, & iurans nullo modo contrauenire, nullam ſibi relinquit viam contrauemendi iuramento ſuo, nec eſt illi abſolutio à iuramento concedenda.

45 Abſolutio à iuramento ex gratia parte non citata, & contra regulas iuris conceſſas tanquam ſubreptitia eſt nulla.

49 Minor cum iuramento renuncians minori ætati, eiusque beneficio habetur pro maiore.

50 Donatio ob cauſam inſinuatione non eget.

51 Nec ob ſuperuenientiam filiorum reuocatur, & nu. 54.

52 Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.

53 Pro inſinuatione ſufficit contractum fieri in præſentia iudicis in loco tunc ius dicentis.

54 L. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. locum non habet in donatione ob cauſam.

55 Nec in renunciatione bonorum facta patri à filia, quæ non eſt propriè, ſed largè donatio.

56 Citatio poteſt auctoritate apoſtolica tolli.

57 Papa iuramentum etiam ſine cauſa poteſt remittere, & à peccato abſoluere.

58 Iurans obſeruare, & nullo modo contrauenire ſi fuit enormiter læſus, poteſt agere, vel ad abſolutionem, vel ad relaxationem iuramenti.

59 Abſolutionis à iuramento impetratio quamuis citationem partis aduerſæ requirat, tamen conceſſa à ſuperiore, & auctoritate apoſtolica, parte non citata, valet, & iuranti prodeſt: Quod declaratur. nu. 76. & 78.

60 Abſolutio ab excommunicatione etiam non præcedente monitione facta prodeſt excommunicato. Quod declaratur. nu. 78.

61 Excommunicatio etiam non præcedente monitione lata valet.

62 Abſolutio à iuramento parte non citata peti, & impetrari poteſt, quando iuratum fuit non contrauenire, nec petere contra iuramentũ abſolutionẽ, aut aliud remediũ: Quod declaratur, n. 76.

63 Citatio partis ad actum non requiritur, quando præſens non poſſet actum impedire.

64 Abſolutio à iuramento, ſtante læſione, non poteſt à parte impediri & parte non citata concedi põt: Quod declaratur, num. 79.

65 Abſolutio à iuramento parte non citata concedi poteſt illi, qui iurauit non contrauenire contractui continenti illicitum ex parte recipientis. Contra, nu. 80.

66 Abſolutio à iuramento virtute reſcripti ſubreptitij obtenta eſt ipſo iure nulla, nihilque prodeſt.

67 Reſcripta contra ius elicita ſunt ab omnibus iudicibus refutanda, quando ex ijs alteri poſſet graue præiudicium inferri, & tunc partis citatio requiritur, nu. 69.

68 Reſcriptum abſolutionis à iuramento, quod filia bona ſua patri propter dotẽ renunciãs præſtitit, eſt cõtra ius canonicũ, & quãdo.

70 Reſcriptum etiam principis, in quo partis citatio fuiſſet ſublata, non valet, quando de magno ipſius partis præiudicio agitur.

71 Reſcriptum, quòd quis à iuramento abſoluatur, parte non citata, gratiam, & priuilegium continet.

72 Subreptio quælibet etiam non doloſa literas gratioſas, & priuilegium continentes ipſo iure vitiat.

73 Tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, aut in ratione naturali fundata, ſoli Papæ, & Principi permiſſum eſt, & ex cauſa iuſta expreßa, quæ in dubio non præſumeretur.

74 Magnus pœnitentiarius non poteſt ex ſui officij poteſtate citationẽ tollere in caſibus, in quibus citatio eſt de iure neceſſaria.

75 Abſolutio à iuramento parte citata cum cauſæ cognitione omnino fieri debet, quando partis præiudicium adeſt.

76 Abſolutio à iuramẽto duplex eſt, et quæ partis citationem requirit, & quæ non.

77 Practica petendi abſolutionem à iuramento ad effectum contrauemendi principaliter contractui.

81 Pater, qui filio, ſeu filiæ ab itẽſtato ſucceſſit, & poſtea ſecũdas nuptias contraxit, exiſtentibus alijs filijs primi matrimonij, priuatur proprietate bonorum, in quibus filio ſucceſſit, ſolum illorũ vſufructu ſibi reſeruato.

EPI-

## EPITOME.

Renvnciatio de bonis paternis,& maternis,& de
legitima iure naturę ĩ illis debita facta patri à filia ma
iore 18.anno,cũ iuramẽto de nõ ꝯtraueniendo rõne
minoris ętatis,& lęſionis ẽt enormiſſimę,& cũ pacto
de vlterius nõ petẽdo, ac cũ alijs clauſulis multũ præ
gnãtibus, ꝙ dote congrua habita à patre, qua filia ſe
cõtẽtã vocauit,valuerit, ſtãte diſpoſitiõe ſtatuti loci,
qđ minor 18.anno habeatur pro maiore, & legitimæ
ætatis,& ꝙ ẽt ſtante enormiſſima læſione filia ꝯtraue
nire nõ poſſit,ſed ad illius obſeruantiã teneatur, nec
abſolui à iur̃o p̃ſertĩ abſq; partis citatiõe valeat, & qđ
abſolutio abſq; partis citatiõe ꝯceſſa, & obtẽta ẽt vir-
tute reſcripti magni pœnitẽtiarij ꝯmittẽtis illã parte
nõ citata ꝯcedi poſſe nõ valuerit,hic plenè probatur.

## CASVS CONSILII.

*Francisca mulier 18.anno ſuæ ætatis Ioã
nis Franciſci ex primis nuptiis filia,cui pro
pter obitũ Ioannæ eius matris, & ſucceſſiuè
Antoniæ ſororis in effectu delata,& acquiſi
ta, fuerunt omnia bona materna, vel ſaltẽ pro maiori
parte,quæ maximi ualoris sũt,penes dictũ Ioãnẽ Frãci
ſcũ exiſtẽtia;qui ẽt ad ſecundas,et tertias cõuolauerat,
nuptias & ex illis quatuor habuit filios maſculos,in ma
nibus,et ad vtilitatẽ ipſius Ioã.Frãciſci patris ſui dote
cõgrua,& maiori,quã loci conſuetudo,& perſonarũ cõ-
dĩo expoſcerẽt,in recõpẽſationẽ ſibi data, qua ſe cõtẽtã,
et tacitã vocauit,nõ ſolũ bõis paternis eiusq́; ſucceſſiõi,
ſed ẽt omnibus bonis maternis, & legitimæ iure naturæ
ſibi in dictis bonis debitæ renũciauit cũ iuramẽto de nõ
cõtraueniẽdo nõ ſolũ prætextu læſiõis,ſed ẽt minoris æta
tis,et cũ pacto de vlterius nõ petẽdo,cũq́; alijs clauſulis
multũ prægnãtibus,& ſeruata forma,ac ſolẽnitate ſta-
tutorũ in hmõi cõtractibus ſeruari ſolita, atq; hæc bona
cũ pacto cõſtituti de poſſidẽdo patri relaxauit,prout la-
tius inſtrumẽto renũciationis prædictæ cõtinetur:in quo
ẽt Bernardinus ſocer dictæ Franciſcæ pro ipſa Frãciſca
promiſit,& fideiuſſit,quouſq; illa vxor Gaſparis filij ſui
erit,& in domo ipſius Bernardini ſteterit,& habitaue-
rit;Cũ pacto ẽt,quòd ſi Io. Frãciſcus deceſſerit cũ teſtõ,
uel ab inteſtato ſine liberis maſculis legitimis,et natura
libus adeò: quòd eius linea maſculina eſſet omnino ex-
tincta,tunc ipſa D.Frãciſca bona prædicta habere dẽat
& in illis ſuccedere poſſit,perinde ac ſi ab ea nulla renũ
ciatio,cõceſſio,aut trãslatio bonorũ facta foret; Quin-
immò hoc in caſu cõtrahentes uoluerunt,& cõſenſerunt
renũciationẽ,cõceſſionem,& trãslationem,ut ſupra,fa
ctas eſſe nullas,et inualidas,ad præiudiciũ ipſius D.Frã
ciſcæ,ac ſuorũ filiorum,& liberorum: Quibus ita per a-
ctis,Gaſpar,& D.Frãciſca coniuges per plures annos in
domo Bernardini prædicti ſteterunt;mox de illa receſſe-
runt,& ſeorſum à Bernardino habitarunt,& habitãt:
& uolens ipſa D.Franciſca aduerſus Ioannem Franci-
ſcum eius patrem agere ad reſciſſionem renunciationis
prædictæ,ut bona materna,& alia,quæ ipſi patri renun
ciauit:& cõceſſit,ut ſupra,cõſequi poſſit, abſolutionem
à iuramento ad effectum agendi,ipſo Ioanne Franciſco
abſente,& non citato,à ſuperiore impetrauit.¶ Stanti
bus his,de pluribus contingit dubitari,Primo,an liceat
ipſi D.Frãciſcæ cõuentis,& promiſſis, ut ſupra,iuratis
contrauenire.¶ Secundo,an abſolutio à iuramento,vt
ſupra,facta ualuerit,& quem effectum potuerit produ
cere.¶ Tertio,an Ioannes Franciſcus per tranſitum ad
ſecunda vota illis bonis fuerit priuatus,in quibu[s]
cum D.Franciſca de iure ab inteſtato Antoniæ fili[æ]
ſius,& ſorori D.Franciſciæ ſucceſſit.*

## CONSILIVM L.

Specie facti propoſita, & dubitationib[us]
ex illa oriuntur, & ſuper quibus nunc
ſulendũ eſt,diligenter cõſideratis, P[ri]
aggredior dubitationẽ,an liceat Do.[Fran]
ciſcæ conuentis, & promiſſis iuratis c[on]
trauenire;in qua illud ſanè prima facie uidetur d[i]
1 dum,† ꝙ Do.Franciſca maior 18.anno,minor ta[men]
25.conceſſa ſibi prius,ut in facto pręſupponitur,[abſo]
lutione à iuramento propter enormiſſimã læſio[nem]
quam ex renunciatione,& relaxatione bonorum
quibus agitur,paſſa fuit,& patitur, poſſit petere c[on]
tractum renunciationis, & relaxationis dictorum
norum ſaltem maternorum aduerſus patrem r[e]
di, quamuis in illorum recompenſationem pa[tri]
dotem dederit:in quam ſententiã Doctores ſere
ter inclinare uidentur,Pau.de Caſt.in conſi.174
tra ſuperius,&c.& conſ.402.notandum eſt in ſec
libro nouæ impreſſionis,Pet.de Anch.Doctor ſi
doctrinæ,& timoratæ conſcientiæ.in c.canonũ ſt
ta.in 11.q.prin.circa fi.extra de cõſtit. & in conſi
uel 39.pro clariori deciſione,& conſi. 341.prom
ri.&c.in ultimo dubio,Sozi.inſignis præceptor m
in conſi.263.in 2.lib.qui hanc opinionẽ egregiè
probat,& idẽ pulcherrimè diſputãdo ſequuntur
der.Peruſini in repetit.auth.ſacramẽta puberum
aduer.uendit.in col. 24. Philip.Franc.in c.quãuis
que alij de pactis.in 6.& Alex. in l. ſtipulatio hoc
ff.de uerb.oblig.hunc articulum diſputat, & tan
hanc opinionem ſequitur tanquam magis æqui
cõem Petr.de Anch.in c. acceſſorium.de reg.iu
Ant.de But.in c.cum contingat de iureiur.in 8.c
uer.quartus caſus,& ibi Abb. ĩ pen. charta uer.no
caſus,quem ibi refert Io.de Imo.in col.54. cum
bus ſequentibus, & do.Ant. ſecũdum hanc opin
conſuluit in conſi.45.iuris rigor, &c. Decius in c
181.uiſa renunciatione,Cuma.in conſi.180.Abb
conſi.107.quatuor ſunt in 2.lib.Aret.in conſi.93
dr.Siculus latiſſimè comprobat in cõſi.21.col.5
uol.& in conſi.53.lib.2.Corn.conſi.11. lib.3.qui
& pulchrè conſuluit,& in conſi. 124.& conſi.214
lib.& in conſi.147.in 4.lib.Petr. de Anch. in q.ſu
cip.cũ.C.laicus,quem refert, & defendit Alex.in
ſtipulatio hoc modo.in 3.limit.& do.meus Sozi.
ſtando hanc eſſe opinionẽ æquiorẽ.in d.conſi.263
cit illam in iudicando,& conſulendo ſequẽdã eſſe
iudicẽ iniuſtũ,& iniquũ fore,qui contra filiã, aut
tẽ minorẽ,& enormiter lęſam iudicaret,ut qñ do
liæ,uel nepti data eſſet triplo,& quadruplo minor
eſſent bona materna renunciata, & relaxata; qui
filia,uel neptis dolo circumuenta cenſeretur, q
ſolũ de dolo re ipſa conſtaret ex graui, & enormi
2 ma læſione,& deceptione,& iõ rõne ſui iur̃i quo
gñaliter, & ſpãliter sũpti ꝯctui, & iur̃o ſtare nõ t
ret̃,tanquã hic caſus fuerit à iure exceptus, ut in
quãuis de pactis.in 6.& ĩ d.auth. ſacramenta pu
3 nam† enormiſſima, ſeu enormior læſio dolũ in
cõtinere.l.ſi qs cũ aliter.ff.de uerb.oblig.l.oẽs.§.
4 cius.ff.de ijs,q̃ in frau.cred.cũ ſi.ibi no.† q dolus
ex ꝓpoſito æquiparatur ad tradita ꝑ Bart. in l.ſi ſo
tatẽ.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio, l.2.§.circa.ff.de dol
cep.do.Ant.& alii. ĩ c. quintaualllis,& in c.cũ ꝯtin
de iureiur.necnõ in d.auth.ſacr̃a,ubi Moder.& in
C.de reſcin.uẽd.Et hęc præcipuè ꝓcedunt, qñ
fuiſſet grauiſſimè decepta, & iuraſſet,ut refert,&
Io.de Imo.ĩ ꝓprijs terminis.ĩ d.c.quĩtaualllis.ĩ col.

in d.l.ſtipulatio hoc modo.poſt Anch.in d.c.canonū
ſtatuta.& in dictis ſuis cōſiliis,qui exemplificāt,& lo-
quūtur in caſu,†quo puella minor inducta eſſet ad re
5 nunciandum cū iuramento bonis paternis,vel mater
nis,quæ iam eſſent ſibi realiter acquiſita. Secus fortè
eſſet,quādo bona nōdum eſſent illi delata, nec reali-
ter acquiſita, tūc.n.propter iuramētum ſtare contra-
ctui,& renunciationi teneretur.ut in d.c. quāuis.iun-
6 cta l.pactum dotali.C.de collat.cū ſi.†qui tex. in d.c.
quāuis propriè hoc in caſu loquitur : ex quo infertur,
ꝙ aliud,ſecusq; eſſet quādo cū graui læſione,& iura-
mēto bonis paternis,vel maternis iam ſibi acquiſitis
renūciaſſet per illum tex.à cōtrario, tū etiam quia il-
lius text. diſpoſitio eſt exorbitans . argumen. d.l. pa-
ctum dotali . ergo in caſu, in quo loquitur, debet
intelligi, non autem ad alium extendi, quando filię
iam fuiſſent bona delata, & acquiſita, quia tunc de
maiori præiudicio ageretur iuribus vulgaribus. l.
cum quidam.ff. de libe.& poſthum. capit. quæ à iure.
de reg.iur.in 6.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matr. & hoc
modo illū tex.limitāt,& declarāt ſcrib. communiter,
vt dicit Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo. in 3.limitat.
& Paul.de Caſt.in conſ.præal.302. notandum eſt &c.
qui nō poſſet melius hoc in caſu loqui, cui cōcordat
Sozi.in d.conſi.263.in 2.volu.¶Secundo induco illū
textū in d.c.quāuis.qui excipit caſum,quādo filia,ſeu
mulier metu fuiſſet inducta ad renunciandum, & iu-
7 rādum:ſed†mulier minor,quæ ſub cura, & gubernio
patris exiſtit,cū patre cōtrahēs illi bona maximè ma-
terna,& iā ſibi delata,& acquiſita donando,& renun-
ciando propter paruā dotem , habito reſpectu ad bo-
na donata,& renunciata, p̄ſumitur metu reuerentia-
li paterno compulſa ad renunciandum,& donandū,
quia nō eſt veriſimile, filiā ſpōtè hoc feciſſe bona ſua
proijciendo,& dilapidādo. arg.l. cum de indebito.ff.
de ꝓbat.l.campanus.ff.de oper.lib. cum ſi. ſed potius
metu,& reuerentia quadā paterna,cū ipſa ſit tenella,
& in minori ætate cōſtituta,quæ patri coram iudice,
notario,& teſtibus nō fuiſſet auſa cōtradicere, etiam
ſi illā excoriaſſent,vt voluit Bart.in l.1.§.quæ oneran-
dæ.per gl.ibi.ff.quarum rerum actio nō detur.arg.l.1.
C.ſi quacunque prædi.poteſta.Bal.in l.etiā.in fi.uerb.
C.ad velleia.vbi hoc expreſsè ponit,& aliqualiter in l.
ſi ſine.in prin.eod.tit.& in l.interpoſitas.& in l.1.C.de
bonis mater.& declarat Sozi.in d.conſi.263.in 3.&4.
colum.ergo in caſu occurrenti filia propter metū re-
uerentiæ paternæ non debet cogi ſtare iuramento,&
renunciationi, quā ipſi patri fecit de bonis ſuis ex di-
ſpoſitione d.c. quāuis.qui tex.propter metum vult fi-
liam nō teneri ad ſeruandū iuramentū.¶Tertio con
8 ſidero,†ꝙ niſi eſſet iuramentum, renunciatio filiæ fa
cta patri ipſi filiæ non noceret.d.l.pactū dotali.& pro
9 batur in d.c.quāuis. † vbicunq; verò iuramentum eſt
iniquitatis vinculum, quia tres illos ſuos comites nō
habeat, videlicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam,
tunc iurantem non ligat, neque ſeruandum eſt. cap.
etſi Chriſtus.de iureiur.c.animaduertendum.22.q.2.
not.in authen.quod eis.C.de nuptijs.c.quanto.de iu-
reiur. c. inter cætera.22.quæſt. 4.c. cum contingat.&
10 c.licet.de iureiur.† Quid autem iniuſtius, & iniquius
poteſt eſſe in patre,quàm filium, ſeu filiam ſuam bo-
nis ſuis aliunde quæſitis priuare,illaq; ſibi appropria-
re?hoc enim contra uotum naturale parentum,& ſic
quoddam immaniſſimum,& crudele factum eſſe ui-
detur,argumento l. nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.
teſtamen.l.ſcripto.in fin.ff.unde liber.l. de emancipa
tis.C.de legitimis hæred.filij namque, qui ſic à paren
tibus fuerunt bonis priuati, iuſtè aduerſus illos luge-
re poſſunt, ut inquit text. in l.cum oportet. C.de bo-
nis,quæ libe.item & contra mentem,& præſumptam

uoluntatem filiarum factum eſſe cenſetur, argumen
to eorum, quæ dicit glo.per illum tex. in l.ſed ſi ego.
in fi.ff.ad uelleia.l.ſi à ſponſa.§.quod ſi ſpōſo.C.de do
natio.ante nupt. ergo cum in caſu noſtro Frāciſca fi-
lia fuerit minor,& non aduerſus patrem ingrata, qua
re debuit ipſe pater filiam nō ſolum bonis ſuis, ſed ēt
maternis priuare?argu.l.ſi quis in ſuo.in fi. C.de inof
ficio teſtam.& l. meminerint. C.vnde vi. & in l.data.
11 C.de dona.¶Quarto†induco tex.in l.pactum dotali.
C.de collatio.ubi pactum factum cum patre,qui filiā
dotauit, per quod ſucceſſioni paternæ renunciat̄, nō
valet,nec illi filia tenetur ſtare, quin patri ſuccedere
ab inteſtato,vel ex teſtamēto poſſit,ſaltem quoad le-
gitimam,cui nullum onus,nullaq; conditio,ſeu con
uentio adiici poteſt.l.quoniā in prioribus.l.ſi quādo.
§.generaliter.C.de inoffi.teſtam. & quamuis hodie ꝑ
ius canonicum ſit introductum, ꝙ huiuſmodi pacto
ſtandum ſit,quando in illo iuramētum interueniſſet,
vt in d.cap.quamuis.& in d.l.pactum. quicquid gl.ibi
uoluerit, tamen quādo iuramētum nō fuit appoſitū,
12 ſecus eſt:†idē,ſi fuiſſet adiectum,& haberetur pro nō
adiecto,nec appoſito, ut qa dolo, ui, vel metu fuiſſet
adiectum,ut in d.c.quāuis.idem etiam dicendum eſ-
ſet,quādo iuramētum aliter eſſet ſine effectu, ut quia
à parte eſſet relaxatum, vel iurās fuiſſet à ſuperiore ec
cleſiaſtico, & legitimè puta parte citata abſolutus à
13 uinculo iuramenti,†quia abſolutio uim, & obſtacu-
lum iuramenti remouet, & facit, ꝙ iurans contraue
niendo actui iurato reatum periurij non incurrit, ut
præſupponunt omnes ſcribentes. in d. c. quamuis. &
in c.licet. in c.cum contingat.& in c. quintauallis. de
iureiur.ac etiam in dicta auth.ſacra.puberū. & in ſpe-
cie habetur per gl.in c.debitores.ibiq; oēs, & eſt text.
in c.ſi uerò.& in c.1.de iureiur.& ubiq; do. Ant.& Io.
de Imo.poſt alios pręſertim in d.c.1.pulcherrimè exa
14 minant,concludentes,† ꝙ quando ultra ꝙ quis iura-
uerit de ſeruādo conuenta,& promiſſa,iurauit etiam
de nō petendo reſtitutionem, nec relaxationē, & ab-
ſolutionē à iuramento, prout in caſu occurrenti iura
tum fuit,tunc iurans poteſt parte nō citata petere ab-
ſolutionem ab illo iuramento, quo iurauit non age-
re, nec relaxationem, aut abſolutionem petere, ne
citando aduerſarium periurium incurreret, ut uoluit
Io.And.in additio.ad Spec.in tit. de iureiuran. quē
approbat,& ſequitur Io.de Imo.in d.c.1.circa finem.
& in dict.c.debitores. in 6. col. & facta huiuſmodi ab-
ſolutione à ſuperiore parte non citata ad effectum,ut
poſtea abſoluatur à iuramento, quo iurauit conuen-
ta ſeruare,& illis non contrauenire, tunc talis abſolu
tio fieri, & præſtari à ſuperiore non poteſt, niſi parte
citata, & cauſa cognita, ſummariè tamen. argumēto
tex.in clem.2. de iudicijs. & habetur per Federicū de
Senis in conſi.300.aliàs 289.& argumento.c.ueniens
il 2.de iureiu. Et hæc practica eſt iuridica, & uera,ma
giſq; communiter approbata, ut atteſtatur Ioann.de
Imol.in d.c.debitores. in 6. col. & aliqualiter in d. ca.
1.in finalib.verbis, & Abb.in d. c.1.col.3.poſt Paul.&
Cal.& ratio eſt,quia prima abſolutio eſt modici præ-
iudicii,cum de iuribus iuramenti confirmatorii con-
tractus poſtea ſit cognoſcendum, parte citata: & cau
ſa cognita, ut concludunt doctores communiter in
dicto c.1. & maximè Fel. in 4. & ultima limitatione,
qui dicit, quòd licet regulariter ad petendum relaxa
ri iuramentum, ſiue ab illo abſolui ſit neceſſaria ci-
tatio,tamē fallit, qn̄ creditor citari & uocari non poſ
ſit, quin debitor periurium incurreret, ut quando
debitor,uel contrahens iuraſſet contractui non con-
trauenire, nec relaxationem, nec abſolutionem pe-
tere, nec aliquo modo agere, uel uenire contra aliū,
neq; illum ad iudicium uocare, ad tradita per Ioan.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

And.in rub.de iureiu.in addit.ad Spe,cum quo doct,
communiter pertranſeunt in d.c.1.ut ibi per Imo.&
do.Ant.quamuis Abb.ibi cõtrarium ſentiat:idẽ eſt,
quando à ſuperiore peteretur non abſolutio propriè
quę iuramẽtũ abſorbet,& totaliter remouet, ut in d.
c. ſi uerò. ſed abſolutio improprie,& largè ſumpta,q̃
ꝓpriè dicitur,& appellatur habilitatio à iuramẽto ad
effectũ tantũ agendi,in illa namq; non eſt neceſſaria
citatio,nec cauſæ cognitio plena,ut eſt de mente Io.
And,in d.rub.& Imol.in clem. diſpẽdioſam.de iudi.
& hoc ultimũ ſolet communiter practicari in curia
epiſcopi Bononiẽſis, ac ẽt in curia Romana, quæ ſo-
let huiuſmodi habilitationę cõcedere parte nõ cita-
ta, ueluti etiã atteſtãtur do.Ant.& Io.de Imo.in d.c.
1.Sed in caſu noſtro do,Franciſca, & Gaſpar maritus
eius nomine impetrarunt abſolutionẽ à iuramento,
quo ipſa in dicto inſtrumento renũciationis iurauit,
ergo,ceſſante iuramẽti obſtaculo per abſolutionem
cõceſſam ſublato,ipſa agere, & petere poteſt renun-
ciationẽ,& tranſlationę bonorum in patrẽ factã eſſe
reuocãdam, & reſcindendã per tex.in d.l.pactũ dota
li.C.de collat.¶Quinto uidetur dicendum,ꝙ ẽt ipſa
domina Frãciſca abſque abſolutione à iuramẽto cõ-
ceſſa cõtrauenire potuerit: † quoniam quãdo cõtra-
15 ctus de iure ciuili eſt reprobatus, ſi fiat cũ iuramẽto,
& in eo dolus interuenerit,tũc de iure canonico lici
tũ eſt illi cõtrauenire ẽt non petita,nec impetrata ab
ſolutione ſeu relaxatione,ut uoluit gl.& ibi doct.ma
ximè Moder.& Philip.Franc.in d.c.quãuis. Sed quã-
do filia per pactũ patri ſucceſſioni paternæ, boniſq́;
patris propter dotẽ ſibi datam renũciauit, hoc pactũ
eſt à iure ciuili improbatũ.d.l.pactum dotali, ergo ſi
in illo dolus interuenerit,filia poterit,nõ petita abſo
lutione à iuramẽto, contra pactũ, & renunciationis
cõtractum uenire: cõſtat aũt dolũ interueniſſe, pro-
pterea quia interuenit læſio, & deceptio re ipſa ne
dũ enormis,ſed ẽt enormiſſima, quæ dolũ arguit, ut
16 ſupra dictũ fuit, ergo &c. ¶Sexto † iuramẽtũ recipit
oẽs conditiones ꝯ̃ctus,ſuper quo apponitur Bar. in l.
titia.§.imperator.ff.de legat.2.in ulti.uerb.& in l.ſed
& ſi quis ff.ſi quis cautio.Iac.Butr.poſt Rofr.in l.2.C.
de reſcin.uend.c.quẽadmodũ.de iureiu.Bar.in l.fi.ff.
de præt.ſtipul.l.fin. C.de non num.pec. Cor.in conſ.
11.lib.3.col.9.& 10.Guid.Pap.in ſuis quæſt.in q.519.
17 Sed † renunciatio, & quietatio facta patri à filia de
bonis paternis, & maternis hanc recipit conditionẽ,
ſi ipſa non fuerit enormiſſimè læſa, nec aliter filia cẽ
ſetur conſenſiſſe, arg.no.per Bar.in l.ſi duo ſocieta-
tem.§.arbitrorum. ff.pro ſoc.& per do.Ant. Imo. &
alios in d.c. quintauallis. & in d. c. cum coutingat.
ergo iuramentum in dicto contractu appoſitum ſi-
militer eandem recepiſſe conditionem cenſetur: &
ideò ſtante huiuſmodi enormiſſima læſione, prout
in caſu noſtro de ea dicitur apparere, ipſa Franciſca
abſq; abſolutione agere poterit:& ita in indiuiduo ar
guit præfatus doctor Guid. in d.ſua q. Vel ſaltẽ enor-
miſſima læſio erit iuſta,& ſufficiens cauſa,ut ipſa do.
Franciſca poſſit agere,& contrauenire, petita prius,
& impetrata abſolutione à iuramento, prout illam
impetrauit auctoritate ſedis apoſtolicæ, quæ ſup illo
poteſt diſpẽſare,ut in c. quãto, ubi gl.in uer. abſolui,
de iureiur.& eſt de mẽte Pet.de Anch.in d.ſua diſpu
18 tatione,& in aliis ſuis conſiliis ſupra allega. † Et ſatis
manifeſtè de enormiſſima læſione do. Frãciſcæ dicit
cõſtare per dictã renũciationẽ, & relaxationẽ bono-
rũ paternorũ,& maternorũ patri factã:quia bona ma
terna,quæ fuerũt ipſi Frãciſcæ acqſita, ſunt lõgę ma-
ioris pretij, q̃ fuerit dos illi à patre data,quæ ſolũ fuit
florenorũ mille,ut præſupponitur:ergo de enormiſſi
ma læſione apparet,cũ illa excedat tertiã:& dimidiã,
immò duas tertias ex tribus, ſecũdũ ꝙ collig
uerbis Bar.in d.l.ſi duo.§.arbitrorũ. & melius
tur ꝑ Imol.in d,c.quintauallis.in 38.col.& legẽ
leo declarare in c,1, de in integ. reſtit.Præterea
deberet haberi in conſideratione tota dos da
Frãciſcæ, cũ pater ipſam cõgruẽter dotare ten
ut in l.fi.ibiq́; Bal.C.de dot.ꝓmiſs. cũ ſi.ſed ſol
la parte, qua pater modũ exceſſit in dotãdo ꝓ
nũciationẽ ſibi à filia factã.¶Et ſi diceretur,ꝙ nõ
ſtat de acqſitione bonorũ matris facta do.Fran
cũ ipſa, & Antonia eius ſoror hæreditatẽ matris
adiuerit, & cõſequenter bona matris nõ dicãtur
19 Frãciſcæ fuiſſe acqſita. Reſpõdetur, † ꝙ cũ filij,&
quibus hæreditas delata fuit,habeãt tẽpus 30.an
ad adeundũ hæreditatẽ, & ſic ad acqrendũ dom
bonorũ hæreditatis, ꝙ per aditionẽ ipſo iure ac
tur.l.ſi ſorori.C.de iur.delib.& iuxta l.cũ hæred
prin.ff.de acq.poſ.& probatur in l.licet.ubi doct
20 Bal.Alex.& alij.C,de iure delib.& † hæreditas adi
catur cõtrahẽdo, ſoluẽdo, diſtrahendo,aut aliũ
faciẽdo, qui citra nomẽ, & ius hæredis fieri non
ſet,ut ĩ l. gerit, l. ꝓ herede.l.põponius,alias paul
de acq.hære.& ibi Bar.& alij, l,ſi te.l.puberem.l.
& ubiq; glo.Bar,Alex.& alij. C,de iu. delib.ſeqt
his,quòd do.Franciſca ex hoc ſolũ, ꝙ ipſa patri
materna ceſſit,& renunciauit,illa in eum transf
do,illiq́; acqrendo, & cõſtituendo ſe illa poſſid
ex quo cõſtituto ipſam ſibi acquiſiuiſſe, & in pa
poſſeſſionem ciuilem,& naturalẽ tranſtuliſſe cõ
ut in l.interdum. in l.ꝙ meo.in fi.ibiq́; latè per
Alex.&alios.ff.de acq.poſ,Bar.in l.ab emptione
pact.& in l.creditores.C.de pign. cenſetur, & di
hæreditatẽ matris adiuiſſe, & bona illius acquiſ
nõ modo ꝓ parte ſua,ſed ẽt pro parte;qua hæred
fuit Antoniæ ſorori delata: quoniã de aditione
ab Antonia tacitè, uel expreſsè nõ cõſtat,& cũ
tua fuerit, ipſaq́; do.Frãciſca ſaltẽ tacitè matris h
ditatẽ,& ꝓ parte ſua adiuerit,ut ſupra,ſeqtur hin
21 tota matris hæreditas ipſi do.Frãciſcæ fuit per iu
creſcendi acqſita, † quoniã quis nõ poteſt prop
habere hæredẽ, & ꝓ parte nõ habere,hoc enim
22 abſurdum. l.1. & 2.ibiq́; Bar. & alij. ff. de acq.h
¶Septimo prædicta ſuadẽtur,† nã quãdo in cõ
do ẽt cum iuramẽto cõcurrunt minor ætas,& 
fragilitas,quia cõtrahens ſit minor,& fœmina,
tris timor,& reuerẽtia,ac ipſius cupiditas,& aua
qa pater ipſe ſit ille,q ſic quærat filiã ſuam bonis
priuare,itẽ & enormis, aut enormiſſima læſio,
omnia hæc ſimul cõcurrentia debent operari,q
ramentũ ſic efficaciter, & irreuocabiliter iuran
nõ obliget, quin ipſe ſaltẽ impetrata,& petita ab
lutione poſſit cõttauenire,& à cõtractu recedere
uerò.c.uerũ.de iureiur.iũctis iis, quę dicunt do.
& Io.de Imo.in col.59.uerſ. itẽ ẽt not.diligẽter i
c.cũ contingat. Alex.in d.l. ſtipulatio hoc modo
Moder.poſt alios ibi in d.c.quamuis. qui dicunt
minor fœmina iurauit non contrauenire ẽt ratio
enormis lęſionis,& minoris ętatis, aut alia quacu
ratione, uel cauſa, ſi tamen contingerit ipſam en
miſſimè lædi, hæc erit iuſta cauſa petendi,& imp
di abſolutionem à iuramento,ut poſſit contractu
trauenire,quia & ſi in caſu enormis lęſionis renu
uerit, non tamen in caſu enormioris, uel enorm
mę:At in caſu noſtro omnia prędicta concurr
item fuit conceſſa abſolutio dominę Franciſcę,
impunè, & liberè,poterit ſuæ renunciationi,& c
ctui cõtrauenire, ut eſt de mẽte Pet,de Anch.i d
conſi:38.& 341. ac ẽt Io.de Imo, acerrimi defenſ
iuramẽti,cui multas uires ultra alios attribuit in d
cũ cõtingat.in col.67.in uerſi. qd igitur dicendũ
Octau

3 ¶Octauo†renunciatio,& translatio bonorũ mater-
norum iam ipſi Franciſcæ acquiſitorum dr̃ ſapere do
natione inter patrẽ,& filiã.l.ſi qs delegauerit. ubi hr̃.
ff.de nouat.Bal.in l.ẽt.C.ad Velleia.& illa excedit sũ-
mam trecentorum,& quingentorum aureorum, vt
in facto preſupponitur,ergo fuit nulla,quia in ea inſi
nuatio non interuenit iuxta formam à iure requiſitã,
de qua hr̃ per Spec.in tit.de fi.inſtr.in §.porrò. ibique
Ioã.And.in addit.& dicit Imo.in d.c.cum contingat.
in antepen.col.ver.aduerte tñ,&c.ꝙ requiritur, ꝙ do
natio publicetur corã iudice loci ad reddẽdũ ius,nec
ſufficeret fieri in præſentia illorũ, qui ſimpliciter de-
bent ex forma ſtatuti auctoritatẽ interponere.Ceſſan
te igitur inſinuatione,ipſa donatio, & translatio bo-
norum in patrem facta nulla,& inualida remanet.l.il
lud.C.de ſacroſ.eccl.l. ſancimus. C. de donat.¶Vlti-
4 mò†vr̃,ꝙ hęc renunciatio,& translatio facta à filia,q̃
uim donationis hẽt,ut ſupra, non debeat effectũ ha-
bere,ſi D.Frãciſca poſt illam donationẽ filios habuit,
qñ pp filiorũ ſuperuenientiã dẽt dici reuocata,ꝑ l. ſi
unquã.C.de reuo.donat.c.fi.17.q.4.Bar.ĩ l.titia.§. Im
perator.ff.de leg.2.Et hęc ad fauorẽ Do.Franciſcę oc
currerunt.¶Pręmiſſis tamen non obſtantibus, ſicuti
5 verè,& rectè ꝯſideranti de iure obſtare nõ debẽt,† ꝯ̃-
riam ſnĩam arbitror eſſe de iure veriorẽ in filia, quæ
maior,& legitimę ætatis eſſet,vt ea non poſſit ꝯ̃ueni
re ẽt ꝑ̄textu enormiſſimę lęſionis, qñ à patre fuit cõ-
gruè dotata iuxta ea,quę habẽtur ĩ l. cũ poſt.§.gener.
ff.de iu.dot.& in l.ſi filię.ff.de lega.3.& prout in caſu
occurrenti præſupponitur filiã fuiſſe ꝯgruè dotatam,
immò in plus,q̃ loci ꝯſuetudo,ꝯdõ perſonarũ,facul-
tates,& numerus filiorum expoſcerẽt: Et ſecũdũ hãc
partem anno elapſo conſului in cã quadã,q̃ in ciuita
te Piſarum agitabatur,ꝙ filia,q̃ tpe donationis,& re-
nunciationis fuit maior, & legitime ętatis,nõ poſſit
ratione iuramenti ꝯ̃uenire,ẽt quod fuiſſet enormiſſi
mè læſa: Opinio aũt ꝯ̃ria, quamplurimi ſupra relati
ſequũtur,ꝓcedit in filia minore: & hanc ſnĩam Doc.
cõiter,quos pro maiori parte vidi,ſequuti ſunt ꝑ text.
in d.c.quãuis.ubi Domi.Anch.Archid.Io.And.& alij
Moder.hoc expreſsè tenẽt,& Domini de Rota in de
ciſ.850.in antiquis,Ang.in l.ſi quis pro eo.uerſi.itẽ ad
de.ff.de fideiuſſ.Bar.in d.l.ſtipulatio hoc modo. in 2.
col.ff.de uerb.obl. per tex.in d.c.quamuis.& ĩ c.licet.
de iureiur.in 6.Alex.in conſi. 211.viſa facti narratio-
ne.in 2.uol.in 2.col.& in conſ.69. uiſo inſtrumẽto. in
1.uol.& in conſi.39.viſo ſtatuto.in 4.uol. conſi.42.ſu
per pręmiſſo,&c.in 1.uol.in penul.col.& in fi. uerb.q
facit differẽtiã inter maiorem,& minorẽ, & hoc mõ
ſaluat dictũ Pet.de Anch.idem Alex.in ꝯſi.53.in 3.vo
lu.in 7.col.cum ſeq. Cur. antiquior.in conſil. 43. ſup
facti contingentia.Pau.de Caſt.in conſi.216.præſup-
poſito ſine præiudicio.in 2. col.& in cõſi. 416.viſo pũ
cto.in 1.col.lib.1.qui ĩ indiuiduo in filia maiore, quæ
propter dotem bonis paternis, & maternis ipſi patri
cum iuramento renunciauit, pro hac parte cõſuluit,
ac ẽt in conſi.ſuo 418. vbi pulcherrimè loquitur,neq;
poſſet melius,q̃ faciat,ĩ hoc articulo loqui,Pau.Caſt.
& Moder.repetentes in d.auth.ſacra.pub.Io.de Imo.
in d.c.cũ contingat,& in c.ſi verò.de iureiu.& in c.ve
nerabilem.de elect.Rom.in conſi.438. in caſu propo
26 ſito.in fi.†Et Alex.in conſi. ſupra allega. & præcipuè
in d.conſi.42.in 1.uol.dicit,ꝙ licet tex.in d. c.quãuis.
excipiat caſum,niſi filia dolo, vi, aut metu fuiſſet ĩdu
cta, tñ debet intelligi de dolo vero, & ex propoſito,
nõ aũt de dolo præſumpto,qui ex deceptione, ſeu læ
27 ſione re ipſa inducitur,& præſumitur,† quia talis do-
lus non eſt verè, & propriè dolus, & prout diffinitur
in l.1.§.dolũ.ff.de dolo.& habetur per illũ tex. ibique
Doct.in l.ſi quis cum aliter.ff.de uerb. obli. quicquid
ſecundum Alex.in d.conſi.dixerint Pet.de Ancha.in
d.c.canonum ſtatuta.& Do.Ant. in d.c. cum contin-
gat.& alij, quos retuli ſupra ꝯ̃riam partem tenentes,
quoniam ipſi loquuntur,quando filia eſſet minor, &
28 patri renunciaret,†tunc.n. propter minorem ætatẽ,
quantumcunque verba latè paterent, ipſa filia minor
nunquam præſumeretur habuiſſe animum donandi,
ſed potius ex ſui facilitate,& à patre ſeducta illud feciſ
ſe cẽſeret̃,& non ex liberalitate,arg.l.ſi qs donationis
cauſa.ff.de contrah.emp.l.cum de indebito.ff. de ꝓb.
l.cãpanus.ff.de ope.liber.Spec. in tit.de reſcin.vẽd.§.
nunc uidendũ. verſi. quid ſi uendens, quem ſequitur
Abb.in d.c.cũ contingat.nu.24.& iõ in maiore fœmi
na,quę patri renunciaret,ſecus eſſet dicẽdũ, vt videt̃
eſſe de mente ferè omnium ad tradita per Alex. in d.
conſi.42.lib.1.Sed D.Franciſca tempore renunciatio
nis fuit maior decimo octauo anno,quæ ætas in loco
ſuæ originis,in quo ꝯ̃ctus fuit celebratus, dicitur eſſe
29 legitima,& maior ætas,†ſicut regulariter de iure cõi
eſt ætas annorum 25.iuxta l.fi.C.de his, qui ven.ętat.
impet.c.in pręſentia.extra de proba. & hoc ex diſpoſi
tione ſtatutorum ciuitatis Sonogagliæ,quibus cautũ
fuit,ꝙ fęmina maior 18. anno ſeruatis quibuſdã, quę
hoc in caſu fuerunt ſeruata, habeatur pro maiore, &
legitimæ ætatis eſſe dicatur,ergo renunciatio, & trãſ
latio bonorum facta ab ipſa D.Franciſca dicitur facta
à maiore,& à perſona, quę legitimæ dicitur eſſe æta-
tis,& propterea irreuocabilis eſt propter iuramentũ,
non conſiderata læſione, quam non conſiderat text.
30 in d.c.quamuis.ut infra latius dicetur.† Quod aũt ſta
tutũ loci ius cõe limitando,ſeu ab illo recedẽdo poſ-
ſit facere,ꝙ maior,& legitima ætas illa eſſe dicatur,q̃
etiam minor eſt annis 25.dũmodo verè maior ſit an-
no 18.alioquin in fœmina non poſſet introduci, nec
ſtatui, q; ætas diceretur eſſe maior, & legitima, ut eſt
tex.in l.2.ibiq; Bal.C.de his,qui uen.æta.impet.proba
31 tur,nam†ſtatutũ ciuitatis in loco dicitur eſſe ius cõe.
§.ius aũt ciuile.ibique Doc.Inſt.de iure nat.gen. & ci
ui.l.omnes.populi.ff.de iuſti.& iur. ergo ſicut per le-
gem generalem potuit ſtatui,ꝙ maior,& legitima æ-
tas dicatur illa,quæ annum 25.excedit, ita, & per ſta-
tutum loci, quod ius generale in loco facit, poterit
ſtatui,ꝙ illa dicatur maior, & legitima ætas,quæ an-
num 18.excedit:qñ hoc,ꝙ legitima ætas dicatur illa
q̃ excedit annũ 25.dicitur eſſe de iure poſitiuo, argu.
d.c.in præſentia,& d.l.fi.c.ſi annum.de iud.in 6. ergo
per aliud ius ciuile poſitiuum, & ſic per ſtatutum lo-
ci poterit tolli,& mutari.l.tutelas.ff. de cap.dimi. d.l.
omnes populi.& c.propoſuiſti. de conceſ. præb.dum
modo hoc non ſtatuatur de ætate,quæ eſſe.minor 18.
anno.d.l.2.Et hoc ſit primum fundamentum.¶Secũ
do principaliter hæc opinio corroboratur, quia,ut ſu
32 pra dictum eſt,†cum huiuſmodi renũciatio,& bono-
rum trãslatio facta à filia maiore in patrem donatio-
nem contineat ex eo,ꝙ ſcienter facta fuit de bonis ip
ſi filiæ iam delatis,& acquiſitis ex hæreditate matris,
arg.l.ſi quis delegauerit.ff.de noua.Bal.in l.etiam. C.
ad Vellejanum.idcirco in illa non eſt habenda ratio
enormis,aut enormiſſimæ læſionis,cum dicatur pro
ueniſſe à liberalitate ipſius filiæ, quæ uoluit bona illa
ad ipſum patrem ſpectare ob dotem cõgruam, & ma
gnam,ac fortè longe maiorem, quàm loci conſuetu
do,perſonarum conditio,& liberorum maſculorum
numerus expoſcerent.arg.d.l.ſi filiæ.ff.de leg.3. cũ ſi.
& hac ratione Doc.communiter in d.auth.ſacr. pub.
& l.2.C.de reſcin. uend. uolũt remedia illorum iuriũ
ratione enormis læſionis conſideratæ locum non ha
bere in donationibus,aliiſque diſpoſitionibus libera
litatem ſapientibus,quamuis in ſe damnum, & læſio
nem,ſeu patrimonii effuſionem continere cenſeren

tur,niſi donatio facta eſſet à minore,& à perſonis ni-
mia ſimplicitate gaudentibus.arg.l.fi. C.ſi maior fac.
33 alien.fac.& d.l.cum de indebito.¶Tertio,† ueluti ſu
pra dictum eſt,huiuſmodi renunciatio nõ fuit teme-
rè facta,immò cõſideratè, ut ipſa filia dotem haberet
nedum congruam,ſed etiam maiorem,quã loci con
ſuetudini,& perſonarum cõditioni conueniret: & ex
hoc dicitur ceſſare quælibet cõſideratio enormis, e-
normioris, & enormiſſimæ læſionis : qm̃ magna læ-
ſio,magnumq; damnum hoc in caſu conſiderari dẽt
reſpectu dotis datę à patre, non aũt habito reſpectu
ad ſucceſſionem paternam, ſeu maternam,ut uoluit
Pau.Caſt.in conſi.108.ſuper primo quæſito,in 7. du-
bio. & in conſi. 400.in 2. lib.& in conſi.418,eo. lib. &
habetur per Alexa. in conſi. 140.lib,2,in 3.col. Dec.ĩ
conſi.180.lib.1.& ideò infertur,ꝙ in terminis noſtris
ſi ipſa Do.Franciſca non potuit dici enormiter,ſeu e-
normiſſimè læſa propter dotem congruam ſibi à pa-
tre aſſignatam, non eſt etiam habenda conſideratio
doli præſumpti,ſeu metus,& reuerẽtiæ paternæ, quæ
oĩa à dicta enormiſſima læſione prouenire dñr,ſeu ꝓ
34 ſumuntur. ¶Quarto† in hac renũciatione,bonorũq;
relaxatione facta patri interfuit præsẽtia iudicis,& cõ
ſanguineorum,item affectio paterna, quæ oẽm præ-
ſumptionem doli,uiolentiæ, & metus ceſſare faciũt.
l.in tranſactione.ibiq; Bar.& oẽs.C.de trãſa.optimus
tex.in l.1.§.quæ onerandę cũ ibi no. per Bar.ff.quarũ
rerum actio nõ datur.Inn.& alii in c. cã matrimonij,
de offic.deleg. Bar. in l.ad inuidiam.per illum text.&
in l.ſi per impreſſionẽ.ff.quod met.cau.& in l.fi.uerſi,
35 item quero.ff.ſi quis aliquem teſt.prohib.† & ex d.l.ĩ
tranſactione colligitur,quare per ſtatuta locorum in
ↄ̃ctibus minorum,& mulierum ſæpe fuerit introdu-
ctum,ꝙ intereſſe debeant conſanguinei,iudex, ſimi-
leſq; pſonæ, uidelicet ut dicatur ceſſare pręſumptio
doli,& metus,quæ poſſet allegari,ut in l.1.& ibi Bart.
C.de præd.curial.lib.10.Sali.Pau.de Caſt. Alex.& Iaſ.
in l.pacta nouiſſima.C.de pact.Alex.in conſi.80.in 5.
uol.ubi plura allegat,Bal.in tract.ſciſma.quem poſuit
ſub rub.C.ſi quis aliq.teſta.prohib.in pen.char.gl. fin.
in c.ſi quis iratus.2.q.3.ergo dicta Do. Franciſca,quæ
fuit maior 18.anno,& ſic ætatis legitimę, non põt ue
nire ↄ̃ ſuum iuramentum, ſeu contractum iuratũ fa-
ctum,& receptum cum tanta ſolennitate, & tot per-
ſonarum præſentia,quæ omnem doli, & metus præ-
36 ſumptionem ceſſare faciunt: † & ratione prætenſæ e-
normiſſimæ læſionis non eſt licitum uenire contra
ſuum iuramentum ſpontè,& conſideratè receptum,
ad cuius obſeruationem cogi debet, cum poſſit ſine
interitu ſalutis æternæ ſeruari,ut in d.c,quamuis. vbi
caſus notab.& in d.auth.ſacramenta puberum.& c. li
cet.de iureiu.in 6.ut uolunt Doct.communiter Ioan.
And.Arch.& Domin.in d.c.quamuis.Alex.in d.l.ſti-
pulatio hoc modo.Ang.in d.l.ſi quis pro eo. & ĩ cõſ.
303.Pau.de Caſt.in conſi.216.& in d.auth.ſacramen-
ta.Rom.in conſi.437.Alex.in conſi.125.in 1.uolu. in
col.antep.qui atteſtatur Doct.hoc cõiter tenere,& in
d.conſi.42.eo.lib.& in conſi.221.& 25.in 2.uol. cum
37 aliis,quos ſupra allegaui. Præterea † ipſa D. Frãciſca
non ſolum ratione iuramenti,aliarumq; ſolennitatũ
interpoſitarum præſumitur habuiſſe notitiam,& fuiſ
ſe certiorata de omnibus iuribus ſuis, omnibuſq; re-
mediis ſibi quomodolibet competentibus. iuxta no.
per Bal.in l.1.in fi.uerb.C.de reb.cred.Io.And.in d.c.
quamuis.ſed etiam ipſa pro certo notitiam omnium
iſtorum habuit,cum fuerit à notario de omnibus cer
38 tiorata,† ut conſtat ex uerbis inſtrumenti,quæ de cer
tioratione facta ipſi D.Franciſcę fidem faciunt, qbus
in hoc ſtandum eſt,ad tradita per Alex.in d.conſi.42.
in 5.col.lib.1.& in conſi.61.uiſo proceſſu.in 2. col. in

39 2.uol.& conſi.53.in 3.uol.col.7. ¶Præterea† Do
ciſca maior, & legitimæ ætatis, ut ſupra,expr
iuramento renunciauit non ſolum bonis pate
maternis, ſed ẽt oĩ legitimæ ſibi iure naturę d
in dictis bonis,& cuilibet alij portioni ſibi quo
libet de iure debitæ : q̃ renunciatio expreſſè fa
legitima cum iuramento etiam in uita patris ip
obeſt,ut uolunt Doct.Bald.Pau.de Caſt. & alij
communiter in l. ſi quando. §.1. & fi. C. de ino
ſta.& in d.c.quamuis.ergo cum hęc renunciati
rit facta à filia propter dotem ſibi à patre datam
fuit congrua,& competens fortaſſe magis, qu
ueniret,debet excludi in caſu,quo ipſa uellet bo
bus patri renunciauit,repetere, ad quę nullus ſ
40 tur regreſſus aduerſus patrem,† qui illam cong
ter dotando pręſumitur optimum pro filia co
ſuſcepiſſe.arg.l.nec in eandem.ff.de adul.Alex.
ſil.140.in 2.uol.in 3.col.Pau.Caſt.conſil. 400.
ponderatis lib.2.Dec.in d.conſi.181.in 2.col.&
tur optimè per Roma.in l.ſi quis mihi bona. §.
mandauit.ff.de acq.hęred. Abb. in c. ueteri,ſup
41 1.de elect.† & dicit not.Bald.in l.ſi quando.§.1.
inoffi.teſt.ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ filia non p
contrahere ſine licentia,& conſenſu patris,nihi
nus poterit cum patre contrahere, illiq; renunc
qm̃ lex multum de patre confidit, qui plus filian
gere,quàm ſe ipſum præſumitur, ut in l. iſti qui
fi.ff.quod met.cau.Bar.in l.liberorum.per illum
42 ff.de uerb.ſign.quę ſunt bene notãda. †Et optim
propoſitum facit,quod uoluit Bal.in d.l. pactum
tali.in 21.q.C.de coll.ꝙ ſi ſtatuto caueatur, mu
non poſſe contrahere ſine conſenſu duorum p
quorum cum iuramento,& iudicis pręſentia,fi
lia cum patre contrahat,uel illi renunciet aliqu
na,ualebit contractus, & renunciatio ſine illa ſo
nitate,quoniam ſtatutum non dicitur uoluiſſe
caſum comprehendere,cum in eo ceſſet pręſum
doli,& metus propter naturalem dilectionem,q
lex in patre erga filiam pręſumit, & ideò non re
tur interuentus ſolennitatis à ſtatuto requiſitę a
cludendum dolum,& deceptionem cum mulie
trahentium,quia hęc à patre non pręſumũtur.¶
43 dentur pręmiſſa ratione concludenti,† nam in in
mento,de quo agitur,ipſa D.Franciſca cum iura
to expreſſè renunciauit beneficio minoris ętati
enormiſſimę lęſionis, quę dicitur eſſe ultra terti
ſecundum Bar.in d.l. ſi ſocietatem.§.arbitroru
pro ſocio.uel ultra dimidiam, aut duas tertias,ut
betur per Alexan.poſt Bart.in d. §. arbitrorum,&
Imo.Abba.Anto.& alios in d.c.Quintauallis.de
iurand.Itẽ renunciauit beneficio reſtitutionis in
gr.& cuilibet alteri beneficio ſibi ex quacunque
ſa competenti,ut ex uerbis inſtrumenti conſtat
ſumus in caſu,in quo ſi Do.Franciſca eſſet mino
beretur pro maiore,& pretextu cuiuslibet lęſio
enormiſſimę non poſſet contrauenire, neque ſi
da eſſet abſolutio uirtute alicuius lęſionis etiã e
miſſime,cui fuit expreſſè renunciatum, neque
ipſa poſſet contrauenire etiam per remedium re
tionis in integrum,ut uolunt omnes ſcrib.Bart.
Paul. Caſtr. Salice. & Moderniſſ. in dicta authen
cramenta.poſt glo. & D.Anto. Abb.& Ioan.de I
in d. c. Quintauallis, qui hoc uero uerius eſſe a
mant, quòd ſi filia, ſeu mulier etiam minor expr
cum iuramento renunciet beneficio minoris ęta
& enormiſſimæ lęſionis,ac iuret nullo modo co
uenire,tunc nulla dicitur ipſi mulieri ſupereſſe
contraueniendum ſuo iuramento, neque illi da
eſt abſolutio à iuramento, ut ratione etiam eno
ſimę lęſionis poſſit contrauenire, ex quo illi

ni expreſsè renunciauit: tenetur enim ſuū iuramen-
tū in caſu expreſsè, & præciſsè iurato oīo ſeruare, cū
illud poſſit ſine interitu ſuæ ſalutis æternæ ſeruare. Et
hoc maximè in caſu noſtro dicendū eſt, cum ipſa do.
Frāciſca fuerit maior decimo octauo anno, quæ ætas
cenſetur legitima, & habilis ad cōtrahendum, ſeq́ue
obligandū, ſtante ſtatuto ſupradicto, ac etiā cū ipſa
fuerit cōgruenter dotata, doteq́ue illa cōgrua magis
fortaſſe, quàm conueniret, ſe tacitam, cōtentamq́ue
à patre uocauerit: & propterea nō poteſt dici ſaltem
enormiſſimè læſa: immò idē eſſet, ſi etiam enormiſſi-
mè fuiſſet læſa ex dicta ſua renūciatione per prædicta.
¶ Et ſequendo hanc ſententiam, quam in occurrenti
caſu veriſſimā eſſe arbitror, ſupereſt, vt adductis in cō
trarium reſponſum accōmodetur. Non obſtat itaq;
in primis, ꝙ propter enormiſſimā læſionem, ex qua
dolus præſumitur, nō obſtante iuramento filia pote-
rit renūciationi contrauenire, cum illa enormiſſima
læſio ſit iuſta cauſa abſolutionem cōcedēdi, ut uoluit
Pet. de Anch. in d.c. canonū ſtatuta. & in pluribus cōſi
liis, cuius opinio magis cōmunis, magiſq́ue æqua vi-
detur, allegando infinitos doctores, qui eam partem
ſequuti ſunt, ut ſupra dixi. Quia breuiter poteſt reſpō
deri primo, ꝙ doctores præfati contrarium uolentes
loquūtur, qn̄ filia, quæ renūciauit, fuit minor, at in ca-
ſu noſtro fuit maior, ut ſæpe dictū eſt, ergo &c. Secū-
do nō loquūtur, qn̄ fuiſſet expreſsè cū iuramento re-
44 nūciatū læſioni etiā enormiſſimæ: † qn̄ enim illi fuit
renunciatū, omnes, ut dictum eſt, tenent, ꝙ filia, quæ
etiā minori ætati cū iuramento renūciauit, nō poſſit
cōtrauenire, neque ſit contra ſuū iuramētum audien
da, ut dixi. Præterea cū do. Franciſca fuerit congruè à
patre dotata, & plus, quàm cōueniret, nō poteſt dici
læſa ſaltem enormiſſimè, ut probatū fuit, ergo ceſſat
dolus, qui ex illa læſione reſultare pſumebat̄, & ideò
diſpoſitio d.c. quamuis. locū ſibi in caſu noſtro uendi
cat. ¶ Ex quibus ceſſat etiā ſecūdū motiuū pro prima
parte factū, pōderādo tex. in d.c. quāuis. inquātū exci
pit caſum, ī quo dolus, uel metus interuenerit, & præ
ſertim pręſuppoſita dotis datæ exiguitate: quia ceſſan
te enormiſſimę læſionis fundamēto, ꝓut in caſu no-
ſtro ceſſare dicitur, tū quia nō interuenit ꝓpter dotē
magnā datā do. Franciſcæ, tū quia expreſsè fuit cū iu-
ramēto renunciatū beneficio, qđ ſibi poterat ex enor
miſſima lęſione cōpetere, doli, & metus reuerētialis
pręſumptio ceſſare dicitur. ¶ Nō obſtat tertiū argu-
mentū, qđ fundatum fuit ſuper d. l. pactum dotali. ꝙ
cū in caſu noſtro ſit ſublatum uinculum iuramenti,
propterea quia tres comites nō habuit, uidelicet ueri
tatem, iuſtitiam, & iudiciū, ſequitur, ꝙ renunciatio
in caſu noſtro, quæ nuda à uinculo iuramēti ſaltē uali
di reperitur, nō ualuit ex diſpoſitione d.l. pactum do-
tali. Quia reſpōdetur, negando, ꝙ in iuramento caſus
noſtri illi tres comites nō interuenerint. Veritas enī
interuenit, quia do. Frāciſca certiorata de iurib⁹ ſuis,
& ſpontè iurauit nō cōtrauenire ratione minoris æta
tis, nec ratione enormiſſimæ lęſionis, doli, uel me-
tus, ut in inſtrumēto cōtinetur, ergo iuramentum ua-
luit, illudq́; debuit ſeruare: iudiciū interuenit, ꝗa do.
Franciſca ſcienter, & ſponte, item maior iurauit non
contrauenire ratione cuiuſlibet læſionis: iuſtitia quo
que interuenit, quia non gratis, ſed dote data à patre
congrua, & condecenti renunciauit, & ideò iuramen
tum ſeruare tenetur. ¶ Non obſtat quarto loco indu-
ctio facta de d.l. pactum dotali. propterea quia ſtante
abſolutione à iuramento conceſſa ipſi dominę Fran-
ciſcæ auctoritate apoſtolica, iuramentum nō obſtat,
& conſequenter renuntiatio, & donatio facta à dicta
domina Franciſca remanet nuda à uinculo iuramēti,
45 & ideò dicit̄ inualida: quia reſpōdetur ꝙ † abſolutio,
ut ſupra, conceſſa fuit nullius momēti, & ſubreptitia,
& ideò nulla: nam cum ex gratia fuerit cōceſſa cōtra
iuris regulas, uidelicet parte nō citata, & cōtra diſpo
ſitionem d.c. quamuis. iuxta not. in c. 1. de reſcript. ſe-
quitur, ꝙ nullius fuit momenti, argumēto eorū, quę
habētur in c. ſuper literis. extra de reſcr. Sed cū princi-
paliter ſit inſiſtendum ſuper dicta abſolutione, an ua-
luerit, & an potuerit tollere uim iuramēti, ut ad illius
obſeruātiam do. Franciſca nō teneatur, ideò inferius
dicendū reſeruo. ¶ Nō obſtat quinta ratio, ꝙ qn̄ actus
eſt à iure ciuili reprobatus, ſi in eo dolus interuenit,
tunc licitū eſt ab illo recedere, nō obſtante iuramēto
interpoſito, etiā nō petita abſolutione, ut uoluit gl. in
d.c. quamuis. ſed renūciatio, quā filia facit patri, dici
tur à iure ciuili reprobata. d.l. pactū dotali. ergo &c.
Reſpōdetur enim, negādo in caſu noſtro dolū inter-
46 ueniſſe, ſeu metū, ut ſupra. Secūdo † aſſumptū factum
debet intelligi de dolo uero, & ex ꝓpoſito, de quo lo-
quitur tex. in d.c. quamuis. ibiq́; gloſ. ſecundū cōmu-
nem intelligentiā, non aūt de dolo præſumpto, ꝗ ex
47 deceptione re ipſa reſultat. Tertio † dictum illius gl.
cōmuniter damnatum eſt à ſcribētibus, ꝗ uolunt, ꝙ
ēt ſi in terminis d.c. quamuis, dolus interueniat, tn̄
ad hoc, ut iurans poſſit iuramēto ꝯuenire, neceſſaria
eſt abſolutio, ad tradita ibi ꝑ Io. And. Arch. Domin.
& alios, ac ēt per Anch. in d.c. canonū ſtatuta. ꝑ Alex.
in d.l. ſtipulatio hoc modo, & ꝑ Imol. & Abb. in d.c.
cū contingat. ¶ Ex prædictis ēt remanet ſublatū ſex-
tum motiuū fundatū ſuper enormiſſima lęſione, ꝗa
negatur lęſio enormiſſima in caſu, de quo agitur per
48 ea, quę ſupra latius dicta ſunt: Pręterea † ēt ꝙ enor-
miſſima lęſio interueniſſet, & do Frāciſca minor fuiſ
ſet, quæ duo negantur, tamen cū ipſa renūciauerit cū
iuramēto bn̄ficio minoris ętatis, & lęſionis enormiſ
ſimę, ſeqtur, quòd iuramentū ſuum ſeruare tenetur,
illiq́ue nullo modo poteſt contrauenire pretextu di
ctę læſionis, ſeu minoris ætatis, ut ſupra oſtendi.
¶ Tollitur ēt ex his ſeptimū fundamētum partis con
trariæ, quoniā negatur do. Frāciſcam fuiſſe minorē,
nam ea maior fuit ex diſpoſitione ſtatuti loci. Et po-
49 ſito, † ꝙ minor fuiſſet, tn̄ fuit habita, & haberi debet
pro maiore quoad obſeruātiam huius cōtractus, cū
ipſa renunciauerit cū iuramēto minori ætati, eiuſq́ue
beneficio, ut in d. auth. ſacramēta. ibiq́ue Bar. & oēs.
Negatur ēt obſtare enormiſſimā læſionem, & metū
maximè reuerentialē paternū per ea, quæ dicta ſunt
in rationibus ꝯ do. Franciſcam adductis. Non obſtat
octauum fundamētū de defectu inſinuationis, quia
50 reſpondetur, † quòd ex quo renunciatio, & tranſla-
tio, ſeu donatio bonorum facta per do. Franciſcam
fuit facta propter dotem datam, quæ fuit congrua,
ea ualuit ſine inſinuatione, ut voluit Bald. in l. il-
lud. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ratio eſt, quia dicitur
facta ob cauſam, quo caſu inſinuatio non eſt neceſ-
ſaria ad traditam per Imolam in l. aquilius. ff. de do-
nation. & per Baldum in dicta l. illud l. modeſtinus.
51 & ibi Bartol. ff. de donatio. † Ex qua ratione etiam
talis renunciatio, ſeu donatio non potuit reuocari
propter ſuperuenientiam filiorum dictæ dominæ
Franciſcæ, per text. in dicta l. ſi unquam. C. de reuo-
can. dona. cuius diſpoſitio non procedit, quando
donatio eſſet facta ob cauſam, ut propter dotem da-
tam, ſicuti uoluit Alexand. in conſi. 29. lib. 3. in prin.
colum. penult. & in vltim. colum. circa fin. Secundo
52 reſpondetur, † quòd ex quo domina Franciſca in
inſtrumento iurauit non contrauenire aliqua ra-
tione, uel cauſa, tale iuramentum ſupplet defe-
ctum inſinuationis, Ioann. Andr. in addit. Specul.
in tit. de inſtrum. edit. in §. porrò. in vlt. addit. & latè
Imol. in d. cap. cum contingat. col. 110. verſic. ſed du



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bium &c. & hæc eſt communis opinio, vt refert, &
ſequitur ẽt Alex.poſt Bar. in l.nemo pōt.ff. de lega.1.
53 in 4.& 5.col.¶ Tertio† in huiuſmodi inſtrumento re-
nunciationis, ſeu donationis factæ à do.Franciſca in-
teruenit inſinuatio, quia illa facta fuit in pręſentia
iudicis tunc.in loco ius dicentis, qui ad hoc fuit ſpe-
cialiter requiſitus, ſuamq; interpoſuit auctoritatem,
veluti ex forma ſtatutorũ loci exigitur, qđ ſufficit pro
inſinuatione, ut declarat Imo. in d.c.cum contingat.
in antepen.col. Vltimo dici poteſt, renunciationẽ hu
iuſmodi non eſſe propriè donationem.l. ſi uir uxori.
ff.de his, quæ in fraud. cred. & ibi gl. ¶ Nõ aduerſatur
ultimum argumentum, ꝙ renunciatio, & donatio
facta à do. Franciſca ipſo iure propter ſuperuenien-
tiam filiorum ipſius reuocatur, cum fuerit immen-
ſa, grandisq; donatio.d.l.ſi unquã.Bal. Sali.& alij poſt
Bar.in l.1.& in l.ſi totas.C.de inoffi. dona. Bar.in l.ti-
tia.§.imperator.ff.de legat.2. Nam huic fundamento
multis modis reſponderi poteſt, & primo, ꝙ ex quo
ipſa cum iuramento renunciauit omni beneficio, &
priuilegio legum, omnibusq; exceptionibus ſibi quo
modolibet competentibus à iure diuino, naturali, ca
nonico, & ciuili, uidetur ſpecialiter renunciaſſe bene
ficio d.l.ſi unquam. quia iuramẽtum habet uim clau-
ſulæ omni meliori modo &c.& facit omnia etiam ge
neraliter expreſſa haberi, perinde ac ſi ſpecialiter, &
ſingulariter omnia ſub uerbis generalibus compre-
henſa eſſent denominata. l. cum pater. §. filius ma-
trem. ff. de legat. 2. Bald. in l. 1. C. commu. Verum
quia hæc reſponſio redditur dubitabilis ex iis, quæ
uoluit Bal.in d.l.1.in fi.C.de inoffi. don. & ex no. per
Bar.in l. ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff. ſi quis caut. ideò
54 ſecundò reſpondeo, ꝙ† diſpoſitio d.l.ſi unquam non
vendicat ſibi locum in donatione facta ob cauſam, &
propter dotem datam, ut dixi ſupra per ea, quę uoluit
Alex.in d.conſ.29.& in cõſ.83.in 2.uol.in 6.col.Imol.
in l.1.in prin.in 3.col.ff.de acquir. poſſeſ.Bal. & Ang.
in d.l.ſi unquã.Sozi.in l.1.C.de pactis.col. ult. Dec.in
terminis noſtris in conſi.181.in fi.uer.qui dicit hanc
opinionem eſſe cõmunem.Corneus in conſi.206.in
55 3.uol.in 7.col.cum ſequen. Tertio dici poteſt, †ꝙ di-
ſpoſitio.d.l.ſi unquã.quæ loquitur de donatione, ex-
tendi non debet ad renunciationem bonorum factã
à filia, quia cum illa diſpoſitio ſit exorbitãs.c.fi. 17.q.
4.& fatentur omnes in d.l.ſi unquam.in d.l. 1.& in d.
l.titia.§.imperator.nõ debet extendi ad renunciatio-
nem, & relaxationem, quæ non eſt propriè donatio,
ſed largè.d.l.ſi vir vxori.ff.de his, quę in frau.credito.
argumen.c.quæ à iure.de reg.iur.in 6. & eſt de mente
glo.in d.c.fin.& Alex.in d.conſi.29.in ult.col.& Bart.
in d. §. imperator. Et hęc quo ad primum articulum
ſufficiant. ¶ Secundam hæſitationem aggredior, an
abſolutio à iuramento conceſſa auctoritate apoſtoli
ca ipſi dominę Franciſcę, non citato Io.Franciſco, ua
luerit, & quem effectum producere potuerit, quam-
uis commiſſum fuerit dictam abſolutionem etiam
parte nõ citata, poſſe cõcedi? Et abſolutionẽ ualuiſſe,
etiã parte nõ citata magis uidetur dici poſſe, ſtãte cõ-
miſſione prędicta, quia hoc factum videtur auctori-
56 tate apoſtolica, quę † citationem potuit tollere, ut in
cap.cum ſit romana.in fin.extra de appellat. c.ad no-
ſtram.il 3.de iureiurand.cap.quoniam.de fil. presbyt.
57 † Papa enim poteſt iuramentum remittere etiam ſi-
ne cauſa ad tradita per Card. in clemen.1.§.nos.in 4.
q.& in §. fi. in penul. q. de iureiuran.glo. & Ioã. And.
in c.quanto.extra de iureiur.iuncto c.fin.& à peccato
abſoluere.cap.in nouo.21.diſtinctio.c.ſi papa.xl.diſt.
c.aliorum.9.q.3.glo.& Card. in clemen. 1.de pœn.&
& remiſſ. Oldr.in conſi.185.licet ex ordine &c.Bal.in
58 authen.adhæc.in 2.col.C.de uſur.Pręterea † quando

iurãs obſeruare, & nullo mõ ꝯtrauenire fuit e
ter læſus, agere poteſt, vel quòd ſibi iuramentu
xetur, vel ꝙ à ſuperiore abſoluatur, vt in c.1.iu
2.& in c.ſi verò.de iureiu.& in noſtris terminis
teri videntur Ioan.And.Archid.Domin.& alij
quãuis.de pactis in 6.Imo.& alij in d.c.quinta
in c.cũ contingat.eo.tit.de iureiur.col.54.ibi
And.poſt Vincen.Alex.in conſi.42.in 1.vol.E
ſolutio conceſſa do.Frãciſcæ, quę, vt dicitur, ſu
miter læſa, de iure valuit, & ſeruanda eſt ad effe
vt renunciationi factæ poſſit contrauenire.¶
59 rea & tertio† quamuis ad dandam, & impetran
ſolutionem à iuramento fuiſſet neceſſaria cita
videntur velle communiter ſcribentes in d.c.
in c.debitores.de iureiur.ubi Ioã.de Imol. ſatis
tractat poſt do.Anton.& Abb.Bal.in l.fin.in 1.
de non num.pecun.Angel.in l.fi.ff. qui ſatiſd.
tamen ſi à ſuperiore, & auctoritate apoſtolica
facta abſolutio parte nõ citata, debet valere, &
ranti prodeſſe, quoniã ab initio multa fieri imp
tur, quæ facta tenent, & cõſeruãtur, ut in l.patre
ſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.& ſuadetur
60 † quæ dicũtur de abſolutione, quæ fit ab excom
catione, quæ licet fieri debeat præcedẽte moni
tamen aliter facta excõmunicato prodeſt, vt in
communicatos.11.q.3.in gl.in verſi.utriuſque
in c.ab excommunicato.extra de reſcri. iunctis
61 Io.And.in c.qua fronte.de appellat. Similiter
municatio, quæ debet fieri præcedente monitio
cta, & lata ſine illa valet, ut in c.ſacro.& ibi gl.&
de ſenten.excommu. Io. And. in d.c.qua fron
abſolutio ipſi dominæ Franciſcæ propter lęſion
omnino cõcedenda, ergo facta etiam parte no
62 ta valuit.¶ Præterea & quarto† quando iuratu
non contrauenire, neq; contra iuramentum ab
tionem petere, aut aliud remediũ intentare, tu
ſolutio etiam parte nõ citata peti, & impetrari
ad tradita per Ioã.Andr.in addit. ad Spec. in tit
reiur.Io.de Imo. in d.c.1.in fi.eod.tit.& in d.c.d
63 res.col.3.cũ ſequentib.¶ Quinto† tunc ad actu
tio partis non requiritur, quando præſens non
actũ impedire.arg.l.fi.C.ſi per uim, vel alio mo
ibi not.doct.in l.maiorẽ.C.de pact.l.recuſare.in
ff.ad trebel.l.4.§.illud.ff.de fideicom.lib.Feli.in
64 col.10.de iureiur.Sed† ſtante huiuſmodi læſione
potuiſſet impediri, quominus do. Franciſca abſ
retur à iuramẽto ad effectũ, ut poſſet contrauen
habetur per doctores, de quibus ſupra, & per Ale
d.conſ.41.cum ſimilibus.ergo abſolutio illi con
potuit parte nõ citata: & hoc argumento utitur
de Imol. in d.c. debitores. col.5.pro corrobora
opinionis do.Anto.qui tenuit citationem nõ eſſe
ceſſariã, fuitq; hoc motiuũ Cal.i cõſ.7.ĩ tit. de iu
& cũ hac opinione tranſeũt Io. And. in d.addi.&
65 Ant.in d.c.1.& in d.c.debitores.† Nã ſecundũ c
qui iurat nõ cõtrauenire contractui, qui ex parte
pientis illicitũ cõtineret, abſolutionem poteſt im
trare etiam parte non citata, quoniam tũc iurans
ſuum iuramentum non obligatur parti, ſed dec
debitores.cum ibi no.c. & ſi Chriſtus.§.angelus
de iureiur. ergo partis non dicitur intereſſe, ꝙ iu
abſoluatur, necne, & ideò partis citatio non req
tur, ut ibi per eum.¶ Sed his non obſtantibus, co
riam ſententiã in caſu, de quo agitur, eſſe de iure
riorem arbitror, quòd abſolutio, ut ſupra, conc
nullius fuerit roboris, parumq;, uel nihil potuerit
66 Frãciſcæ prodeſſe; † quoniã illa fuit cõceſſa virtute
ſcripti ſubreptitii, in quo ſciẽter, malitioſè, & frau
lẽter fuit tacita veritas, & falſitas expreſſa: quo fit,
ſcriptũ ipſum, & oĩa inde ſequuta ipſo iure nulla f
rin

rint,ut eſt tex. not.in c.ſuper literis.in 1.reſpon. extra
de reſcr.& hoc modo debet intelligi id, quod dici ſo
let,ꝙ mendax precator debet penitus impetratis,om
niq; cõmodo literarũ carere. d.c.ſuper literis.l.fin.C.
de diuer.reſcr.§.& ſi legibus.& §.reſcripta.25.q.2. †&
dicit tex.no.in l.reſcripta.C.de precib.imper.offer. &
in d. §. reſcripta. ꝙ reſcripta ↄ̃ ius elicita ab omnibus
iudicibus ſunt refutãda, qñ ex illis alteri poſſet graue
ꝓiudicium inferri.Sed pro parte do.Frãciſcæ fuit ſup-
plicatũ,& ſcienter multa fuerũt tacita, quæ ſi fuiſſent
expreſſa,dominus reſcribens aut non cõceſſiſſet, aut
non ita facile. Veritas .n. in hoc fuit tacita, quia non
fuit expreſſum,ipſam do.Franciſcã renunciationis,&
quietationis tẽpore eſſe maiorem 18.anno, & ex for-
ma ſtatutorũ loci talem ætatẽ concurrente iuramen-
to eſſe legitimã, & maiorem ætatẽ, ſicut regulariter,
& de iure cõi eſt ætas annorum 25. Tacitũ etiam ſciẽ-
ter fuit,ꝙ ultra ꝙ do.Franciſca renunciauerit benefi-
cio reſtitutionis in integrũ, & minoris ætatis, renun-
ciauit etiam exꝑſsè beneficio ſibi cõpetenti ꝑꝑ enor-
miſſimam læſionem in caſu uidelicet,quo ultra dimi
diam fuiſſet læſa iuxta dicta in primo articulo: quo ca
ſu ipſa do.Franciſca præciſè iuramẽto ſuo de iure ſta-
re debuit,ut dictũ eſt,tacitum ẽt fuit,ꝙ in dicto renũ-
ciationis inſtrumento oẽs ſolẽnitates à iure,& ex for-
ma ſtatutorũ requiſitæ,& iudicis præſentia, & certio-
ratio beneficiorũ, & priuilegiorũ facta à notario ipſi
do.Franciſcę interuenerunt.Item tacitum fuit,ꝙ do.
Franciſca tempore impetrationis abſolutionis à iura
mento erat maior uigeſimo nono anno, & ↄñr lap-
ſum erat tẽpus quadriennij à die,quo ipſa fuerat ma-
ior effecta, ſeu ꝓ maiore à ſtatuto habita, & ↄñr erat
illi præcluſa uia petendi reſtitutionẽ in integrum ad-
uerſus dictum ↄ̃ctum renunciationis. arg.l.fi.C.de tẽ
po.in integ.reſt. Tacitum ẽt fuit,ꝙ pro parte do. Frã-
ciſcæ fuerat datus fideiuſſor maior pro obſeruatione
promiſſorũ.Et fuit expreſſa ſcienter falſitas,inquantũ
fuit ſupplicatũ,ipſam do.Franciſcam fuiſſe à patre ſe-
ductam ad ſibi renunciandum,& propter metum pa-
ternum ſaltem reuerentialẽ renunciaſſe,quia in ↄ̃riũ
eſt ueritas, immò, ueluti ſupra in primo articulo fuit
probatum,de iure ↄ̃rium eſt præſumendum. ¶Præte
rea †huiuſmodi impetratio,& abſolutio conceſſa di-
citur eſſe expreſsè contra ius canonicum, quod vult
expreſsè iuramentum filiæ in huiuſmodi renuncia-
tione receptum omnino ſeruãdum eſſe, & ↄñr exclu
dere abſolutionem, omnemq; alium actum ↄ̃rium,
ut eſt tex.in d.c.quamuis.& ibi gl.& ſcrib. de pactis in
6. qui tex. ultra ꝑdicta uidetur optimè probare, ꝙ ob
quodcunque damnum, & præiudicium pecuniariũ,
& burſale non ſit filiæ licitũ ſuo iuramento contraue
nire, quia ille text. ſolum permittit poſſe iuramento
ↄ̃ueniri propter præiudicium, & diſpendium ſalutis
æternæ,aut præiudicium pecuniarium nõ proprium,
ſed alterius,ut ibi. Ergo propter ſuum detrimentum,
damnumq; pecuniarium non dicitur eſſe licitũ filiæ
contrauenire,quoniam exceptio in uno, uel in pluri-
bus regulam in aliis firmat, iuribus vulgaribus. Item
tale reſcriptum fuit contra ius elicitum, qm̃ de iure
hoc eſt firmiſſimum, ꝙ quando minor 25.anno, ma-
ior tamen 14. renunciauit cũ iuramento minori æta-
ti,beneficio reſtitutionis in integrũ,& læſioni non ſo
lum enormi,uel enormiori,ſed etiam enormiſſimæ,
prout ipſa do.Franciſca renunciauit,ut dictũ eſt,tunc
minor nullo modo poſſit ↄ̃uenire, nec abſolutionẽ
conſequi, nec petere, & multo magis hoc procedit,
qñ ille,qui,ut ſupra renũciauit, erat maior,& pro ma
iore habebatur, ultra ꝙ minori ætati renunciaſſet, ut
omnes Doct. uolunt in d. auth. ſacramẽta puberum.
& in d.c. quintauallis. ubi Ant. Imol. & alii. Adde, ꝙ

conceſſio dicti reſcripti, & abſolutionis enorme, &
graue damnũ ipſius Io.Franciſci patris dictæ do.Fran
ciſcæ continebat, cum illo tẽpore iam fuiſſet Io.Fran
ciſco ius realiter acquiſitum in proprietate, & poſſeſ-
ſione dictorũ bonorum ſibi ceſſorum,& renunciato-
69 rum. †Quo fit, ut talis impetratio, & conceſſio facta
dominæ Franciſcæ præſertim ipſo Io. Franciſco non
citato fuerit nulla, nihilq; Io.Franciſco potuerit præ
iudicare.d.l.reſcripta.& d.c.reſcripta.cum ibi not.per
gl.c.licet epiſcopus. cum glo. de præben.in 6. Stante
igitur ſubreptione, & obreptione dicti reſcripti, ac
aliis,de quibus ſupra conceſſio reſcripti, & abſolutio
nis nõ ualuit,neq; Io.Franciſco nocere potuit.¶Prę-
70 terea †cum ageretur de præiudicio Io. Franciſci non
ſolum quoad proprietatem, ſed etiam quoad poſſeſ-
ſionem,reſcriptũ etiam Principis,in quo citatio fuiſ-
ſet remota,nõ ualuit, ut eſt tex.not.in l.meminerint.
cum gl. 1.C.unde ui.d.cle.paſtoralis.§.cęterum.de re
71 iudi.¶Secundo †impetratio dicti reſcripti,ꝙ do.Frã-
ciſca deberet abſolui,parte non citata, dicitur gratiã,
& priuilegium continere, quia eſt contra ius cõmu-
ne, quod vult ad unumquemque actum, & maximè
ad dandam abſolutionem à iuramento partem debe
re citari.l.de unoquoque.cum ſi.ff.de re iudi.item eſt
ↄ̃ ius commune, ut ſupra proximè dictum eſt, ac etiã
quia non poteſt abſolutio à iuramento præſtari,ut qs
poſſit ſuo contractui iurato contrauenire, niſi parte
citata,ut habetur in d.c.1.& in d.c.debitores. de iure-
72 iu.& infra dicetur: ergo †quælibet ſubreptio, quæ in
caſu noſtro interuenit, reddidit dictũ reſcriptum im-
petrationis,& abſolutionis ipſo iure nullũ, nulliuſq;
momenti,quia quęlibet ſubreptio etiam non doloſa,
ſed ex ſimplicitate facta ipſo iure uitiat literas gratio-
ſas, & priuilegium continentes, omneq; aliud, quod
inde ſequeretur. ut in c.ſi ſuper gratia.de offi.delega.
in 6.c.ad audientiam.& ibi Abb.& in c.cæterum.& in
73 c.ad aures.extra de reſcr. ¶Tertio †ſoli Papæ,& Prin
cipi, & ex cauſa iuſta, quæ ſit expreſſa, quia in dubio
nõ præſumeretur, permiſſum eſt tollere ea, quæ ſunt
de iure naturali,aut in ratione naturali fundata,uelu-
ti eſt citatio, appellatio, & defenſio ad tradita ꝑ Abb.
in c.1.de reſcr.in notab.d.clem.paſtoralis.§.cęterum.
de re iudi.Abb.in c.per ueſtras.in repet. col.11. de ar-
bitr.Fel.in c.ad audientiam.il 2.col.4.de reſcrip.nulli
autem inferiori etiam cardinali legato de latere hoc
permiſſum eſt.Abb.in d.c.1.per glo.in c.fi.de hære.in
6.iunctis ijs, quæ habentur in l.fin.C.ſi contra ius, uel
util.publ. & in c.quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Sed
74 †cõceſſio dicti reſcripti, & commiſſionis abſolutio-
nis concedendæ facta fuit ab inferiori à Papa, uideli-
cet à magno pœnitentiario ex officij ſui poteſtate, er
go citationem tollere non potuit maximè in caſibus,
in quibus de iure eſt neceſſaria citatio, prout eſſe dr̃
in cõcedendo abſolutionem à iuramento ſuper ↄ̃ctu
recepto, & conſequenter ubi de graui alterius con-
trahentis pręiudicio tractari poterat,ut uolunt Doct.
communiter in d. c. 1. & in d.c.debitores. & Alex. in
d.conſ.42.Dec.in d.conſ.181. cum ſi. ſupra allegatis.
75 ¶Quarto, † ut ſupra ſæpius dictũ eſt, Doctores com-
muniter uolunt ad hoc,ut alicui dari poſſit abſolutio
à iuramento ſuper contractu recepto ita,ut alteri par
ti contrahenti nocere poſſit, requiri abſolutionem
fieri,& peti parte ad hoc legitimè citata, alioquin ab-
ſolutio nihil ad illius præiudicium operaretur: qm̃ iu
ramentum non ſolum obligauit iurantem Deo, ſed
etiam patri ad illius utilitatem, vt voluit Io. de Imo.
in d.c.debitores. in 5.col.in uerſi. & ad rationem &c.
& hoc expreſsè tenet Fed. de Sen. in conſi.300. Ioan.
Cald.& Paul.de Leaza. quos refert Imol. in d.c.debi-
tores. ibiq; Io.de Imol.& Abb.in d.c.1. Pet.de Anch.

in conſ.199.prædictis &c.& in conſ.383.retento ordi
ne.& Fel.poſt Abb.in d.c.1.col.8.qui expreſsè conclu
dit, ꝙ etiam Papa non debet abſoluere à iuramento
huiuſmodi,quod parti poteſt præiudicare,niſi ex cau
ſa iuſta, quæ cauſæ cognitionem, & ꝯñr citationē re-
quirit Inn.in c.2.réquiris.de appell.iunctis ijs, quæ ſu
76 pra dixi.¶ Quinto predicta ſic corroborantur, †nam
duplex reperitur abſolutio à iuramento, quę eſt du-
plicis,& diuerſi effectus,una,quæ datur ad effectum,
ut iurans non teneatur ꝯctū ſeruare, utque poſſit ꝯue
nire ſuo iuramento,quo iurauit principaliter ſeruare
promiſſa, & conuenta : altera dr̄ eſſe pręparatoria, &
modici, aut nullius p̄iudicii quoad partē aduerſam,
ueluti qn̄ fuiſſet iuratum non modo non contraueni
re contractui, ſed etiam non petere abſolutionē, aut
habilitationem à iuramento, uel nihil agere cōtra iu
ramētum aliqua ratione, uel cauſa in iudicio, uel ex-
tra, de iure, uel de facto. Et tunc petitio abſolutionis
ad effectum habilitandi perſonam,ut poſſit detegere
turpitudinem contractus, uel fraudem, & lęſionem
enormisſimam, nō autem ut poſsit directè ꝯ contra-
ctum agere, illumque reſcindere,poteſt fieri, & abſo
lutio concedi cauſa non cognita,& parte non citata,
qm̄ eſt modici pręiudicij, ut notabiliter uoluit Oldr.
in conſ. 120. ad duplicem finem &c. de quo Petr. de
Anch.facit feſtum in conſi.ſuo 18.in quęſt.quę uerti-
tur,& ſequitur Paul.Caſt.in conſi.217. circa primum
quęſitum. col.4. Nam aduerſarius, qui non fuit cita-
tus, poteſt nihilominus inſtare, ut iurans adimpleat
contractum, & iuramentum ſuum de non contraue-
niendo contractui,neq; ob hoc aduerſarius ipſe cogi
poſſet, ut iuramentum relaxaret, ut ibi habetur per
Oldr.Quę practica multum inoleuit in curia Roma-
na, & Bononienſi ſecundū Imol. in c.debitores. col.
9.ſeu 6.& illam etiam uidetur ſequi in c.1.in vlt.verb.
de iureiu.& Laur.de Rodulphis. in tract.de uſuris. in
q.126. in fi. Et de hac abſolutione pręparatoria debet
intelligi abſolutio conceſſa do. Franciſcę auctoritate
magni pœnitentiarij,non autem de illa abſolutione,
quæ conceditur iuranti obſeruare contractum,& cō-
uenta principaliter,quæ dari, & concedi poteſt in ca-
ſu, quo creditor eſſet in mora relaxandi iuramētum,
quia talis abſolutio nullo modo poteſt concedi, ſeu
fieri parte non citata,cum ſit magni præiudicii,ut uo
luit etiam Oldr. in d. conſ. & concludunt ferè omnes
Doct.canoniſtæ,& legiſtæ.Io.And.in d.addit. & in d.
c.1.ubi Abb.Imo.do.Ant.& alii in d.c.quamuis. & la
tè Fel. in d.c.1. Quinimmò uerior uidetur opinio, ꝙ
etiam præparatoria abſolutio, quæ petitur ad effectū
habilitandi perſonam, ut ſe mouere poſſit, ut ſupra,
non poſſit de iure concedi,parte non citata,ut in ter-
minis uoluit Pet.de Anch.in conſ.199. prædictis &c.
& in conſ.383. retento ordine dubiorū. Fed. in conſi.
300.Imol.in d.c.debitores. col.6.aſſerens Federicum
hoc uoluiſſe, & hanc opinionē ſequitur Abb.in conſ.
12.lib.2.& ſi copioſior &c. in ult.col. & Feli. dicit illā
eſſe ueriorem: ſed fundamenta Doctorum hanc opi-
nionem tenentium aliter non refero. ¶ Præterea, ꝙ
abſolutio conceſſa do.Franciſcæ dicatur eſſę illa,quæ
datur ad præparandam aliam abſolutionem, oſtendi
77 tur ex modo procedendi:nā †practica petendi abſolu
tionem à iuramento ad effectū principaliter cōtraue
niendi contractui eſt, ut prius petatur relaxatio à iu-
ramento, quæ & abſolutio à ſcribentibus appellatur,
uidelicet ꝗ aduerſarius propter læſionem, aut metū
ipſi iuranti illatum cogatur illi iuramētum relaxare,
deinde eo contumace, & nolente relaxare, petatur à
ſuperiore abſolutio iuramenti,ut not.dicit Imo.in d.
c.debitores. in 3.col. circa fin. ibi tutius &c. & fuit de
mente Io. And.in d. & hoc m°o debet intelligi tex.

in d.c.1.de iureiu. ibiq; Io.de Imo. & alii cōm
& habetur per Fel.in d.c.1.col.3.Sed in caſu oc
ti non fuit petita relaxatio, quia aduerſarius n
requiſitus,ut iuramētū relaxaret, ſed ſimplic
Franciſca fuit abſoluta, nulla præcedente mo
facta patri,ergo hæc abſolutio do.Franciſcæ c
non poteſt intelligi de illa abſolutione,quæ fit
ctū,ut omnino iuramentum tollatur, uireſq
extinguantur ad finem,ut iurans liberè contra
trauenire poſſet, & dicere ſe nolle illum obſ
Quo fit, ut ea abſolutio do.Franciſcæ modicu
fuerit,ut ſupra,immò, ut dictum fuit ex ment
magis cōmuniter, illa etiam abſolutio præpa
dari,& concedi non poteſt niſi parte citata;& i
in caſu noſtro Io. Franciſcus pater do. Francıſ
fuerit citatus ad contradicendum,ne daretur
tio, illa fuit nulla, nihilq́; nocuit ipſi Io.Franci
parum, uel nihil profuit do.Franciſcæ. Nec pr
aduerſantur illa, quæ ſupra ex aduerſo fuerun
ta,nam ex proximè deductis ſublata apparent,
cipuè primum, & ſecundum motiuum in prim
Papa nō fuit is,qui abſoluit.Secundo,ꝙ abſolu
Franciſcæ conceſſa debet intelligi de pręparato
non de præiudiciali,alia uero,per quā directè,
cipaliter extinguuntur uires iuramenti, quo
promiſit ſeruare conuenta, & illis aliquo mod
contrauenire, dari, & præſtari non poteſt abſq
cognitione plena, partiſq; citatione, ueluti D
res communiter atteſtantur,etiam ſi auctorita
ſtolica eſſet conceſſa,ut dictum fuit.Tertio dic
in caſu occurrenti nō interuenit læſio enormi
& caſu, quo interueniſſet, illi fuit expreſsè re
tum cum iuramento:quod iuramentum ſerua
eſt, & ab eo nō debet abſolutio cōcedi maximè
partis citatione, & plena cauſæ cognitione, ut
78 ſum fuit. ¶Non obſtat tertium fundamentum,
reſpondetur, ꝙ petenti abſolutionem in noſtr
minis plura opponi potuerunt, ex quibus abſ
facilè poſſet impediri, & ideò ſine partis citatio
ualuit : & quamuis abſolutio ab excommunica
parte non citata poſſit concedi, tamen illud eſt
quando ex abſolutione paruum præiudicium
parti aduerſæ irrogari, ſecus ſi magnum, quale
ſu occurrēti ex abſolutione prædicta irrogaretu
terea quando daretur aduerſarius, de cuius int
ageretur,non poſſet abſolutio fieri ab excomm
tione parte non citata, ut hr̄ per gl. in d.c.excōi
11.q.3. Roma.in ſing.600. tu habes &c. Innoc
ab excōicato. de reſcrip. ¶ Non obſtat quart
uum,quia procedit in abſolutione p̄paratoria,
præiudiciali:quinimmò illa etiam fieri debet pa
tata, cum multa poſſent allegari ad eam impedi
ut tenent Doct.cōmuniter Abb.Imo.Fel.& alii,
ſupra allegaui. ¶Nō aduerſatur quintum, & ul
ꝙ ſine cautione poteſt dari abſolutio, quia ſi pr
eſſet aduerſarius,nihil poſſet allegare,per quod
79 lutionem impediret,quia †primo reſpondetur
uum procedere in præparatoria abſolutione. S
do dico,ꝙ etiā in illa citatio requiritur.¶Terti
obſtat,ꝙ iuramentum obliget iurantem Deo,&
parti in caſu, quo maximè aliqua deceptio int
nit, ergo ſine partis citatione abſolutio conce
80 terit, quia †ut dicit Io. de Imol. in d.c.debitores.
5. & 6. qui reſpondet huic motiuo, quòd fuit C
in conſi. 7. in tit. de iureiuran. multum dicitur
tis intereſſe, quòd procedatur parte citata eti
præſtando abſolutionem præparatoriam, prop
quia pars poterit exceptiones opponere ad imp
dam abſolutionem, & probare, quòd iurans
maior, & renunciauerat beneficio minoris æt

& leſionis enormiſſimæ, quæ ſolent excludere iurātē
in caſu, quo vellet ꝯuenire, & abſolutionē aliquā pe-
tere, ueluti ēt ſequitur Fel. in d. c. 1. in fi. 9. col. Et ex his
remanēt ſublata motiua in ꝯriū facta vltra alia, quæ
pn̄t colligi ex argumentis factis contra abſolutionē
D. Frāciſcę ꝯceſſum. ¶ Quoad ultimum dubium pau
cis utar, nam in eo ꝯcludo † ipſum Io. Franciſcū fuiſſe
31 priuatū ꝓprietate illius partis, in qua ab inteſtato ſuc
ceſſit vnà cum ipſa D. Franciſca Antoniæ filiæ, & ſoro
ri dictæ D. Franciſcæ iuxta tex. in auth. defuncto. C. ad
Tertull. propter ſecundas nuptias, quas Io. Frāciſcus
poſt mortē ipſius Antoniæ filiæ contraxit per l. fœmi
næ. in §. illud. cum auth. ibi poſita. C. de ſecun. nup. &
quamuis ille tex. loquatur de matre, quæ ad ſecundas
nuptias tranſiuit, tamē ex identitate rōnis idem dicē-
dū eſt ēt in patre, qui filio, ſeu filiæ ab inteſtato ſucceſ
ſit, & poſtea ſecundas nuptias contraxit, nā ſi alij filij
primi matrimonij ſuperſint, illis per cōtractū ſecun-
darū nuptiarū acquiritur proprietas eorum bonorū,
ĩ quibus pater ſucceſſerat, & vſusfructus patri, quoad
uixerit, reſeruatur, per illum text. ubi eſt gl. cōiter ap-
probata, quæ uult text. illū loquētē de matre, poſſe ēt
ad patrē extendi: & hoc idē ꝯcludit optimè diſputan-
do Sali. ſolennis Doct. in d. l. fœminæ. §. illud. cuius ra
tiones uideri poſſunt: & ſecundū hanc opinionē con
ſulere ſolitus ſum: & propterea Io. Frāciſcus, qui vnà
cū Do. Franciſca filia ſucceſſit in bonis maternis An-
toniæ filię ab inteſtato morienti dr̄ priuatus illa par-
te bonorū, in qua ſucceſſit quoad proprietatē, reſer-
uato ſibi uſufructu tantū, & proprietas illa accreuit,
ſeu acquiſita fuit ipſi D. Franciſcæ: & niſi ex poſtfacto
D. Franciſca renunciaſſet, & relaxaſſet uniuerſaliter
omnia bona ſua quōcunq; quæſita ēt ex ſucceſſione
materna dicto Io. Frāciſco, illi faciendo pactū de nō
petendo, & quietationē generalē, & ſic in effectu pa-
tri non donaſſet, profectò Do. Frāciſca debuiſſet hr̃e
ꝓprietatē bonorū dictæ partis: ſed ex quo ipſa renūcia
uit, relaxauit, quietauit, & pactū de non petendo fecit
patri ſuo, ut ſupra, & ſic oīa bona undecunq; quęſita
tàm quoad proprietatē, & dominiū, q̃ quoad vſumfru
ctū, & tàm ex cā profectitia, q̃ aduentitia, certè dicta
pars bonorū, quæ ex tranſitu ad ſecundas nuptias fa-
cto per patrem ipſi D. Franciſcæ fuerat acquiſita ſaltē
quoad proprietatem, unà cum aliis ſuis bonis cenſet̄
ipſi D. Io. Franciſco acquiſita, atque in eū trāſlata, nec
quicquam poteſt dici Do. Franciſcæ reſeruatum, niſi
dos ſibi à patre data, & aſſignata. Vlterius ſuper huiuſ
modi conſultatione non inſiſto. Laus Deo.

## *S V M M AE.*

*1 Renunciatio facta cum iuramento à filia præſertim minore 25. annis de bonis, & de hæreditate patris, an, & quomodo propter enormem læſionem excedentem dimidiam eius, quod deberi poterat, poſſit reuocari, & illa non obſtante, filia vel id, quod ſibi ex bonis paternis debebatur, vel ſaltem ſupplementum legitimæ petere poſſit. & nu. 16.*

*2 Dolus re ipſa, & metus, qui in conſtantem virum cadere poteſt, æquiparantur.*

*3 Promittens, vel renuncians cum iuramento per metum, qui in conſtantem uirum cadere poteſt, & per dolum re ipſa, tenetur iuramentum ſeruare, ſi poteſt abſque interitu ſalutis æternæ, nec cōtrauenire poteſt, niſi prius petita, & obtenta abſolutione.*

*4 Abſolutio à iuramēto propter metum, qui in conſtantem virum cadere, & propter dolum re ipſa conceditur, parte tamē citata.*

*5 Abſolutio prius non impetrata, ſi iurans promiſſioni, ſeu renunciationi ſuæ alteri factæ contraueniret, tanquam periurus excluditur, nec abſolutio poſtea petita, & obtēta, quicquā ei prodeſſet.*

*6 Iuramentum dolo, uel metu præſtitum non eſſe ſeruandum, ſed illo non obſtante poſſe iurantē contrauenire, quomodo intelligatur.*

*7 Iurans, & promittens abſque dolo, ſeu metu tenetur præciſè iuramentum adimplere, nec abſolutionem obtinere, nec contrauenire etiam ratione minoris ætatis, et petendo reſtitutionem in integrum poteſt.*

*8 Secus, ſi dolo ſaltem re ipſa, uel metu, qui in conſtantem virum caderet, iuraſſet, & promiſiſſet.*

*9 Filia etiam minor cum iuramento renuncians hæreditati paternæ, ſeu maternæ, & promittens, ac iurans non contrauenire, & uocans ſe tacitam, & contentam dotibus ſibi datis, non poteſt contrauenire, ſi non fuit enormiter vltra dimidiam læſa.*

*10 In promiſſione dotis facta ab eo, qui de iure dotare tenebatur, quando id, quod mulieri aliundè debebatur, comprehendatur, & quando non.*

*11 Læſus quis in eo, quod ſibi nō debebatur, nec ſuū erat, dici non pōt.*

*12 Læſus dici, & contrauenire non poteſt, qui contrahendo, renunciando, compromittendo, & alia ſimilia faciendo, iure communi, ac etiam conſuetudine loci vtitur.*

*13 Renunciationi iuratæ factæ à filia de hæreditate paterna non poteſt filia contrauenire, extantibus filijs maſculis, qui ex diſpoſitione ſtatuti filiam fęminam ab inteſtato excluderent, & ad quorum fauorem renunciatio facta eſſet.*

*14 Renunciatio facta à filia, quæ eſt conformis diſpoſitioni ſtatutorum debet ſecundum ſtatuta intelligi, & interpretari.*

*15 Pactum, & conuentio contrahentium à conſuetudine, & ſtatuto loci informatur, ſicut à iure communi, ubi ſtatutū non uigeret.*

*16 Filia, quæ cum iuramento renunciauit hæreditati paternę, ſeu maternæ, quando poſſit contrauenire, & quando non.*

*17 Pactum de non petendo, & renunciatio differunt, & quomodo.*

*18 In renunciatione de bonis paternis facta à filia, vel ſorore non requiritur inſinuatio.*

*19 Pactum de non petendo continens in ſe donationem, quando etiam abſque inſinuatione valeat, & quando non.*

*20 Dos congrua arbitrio boni viri in caſu ſtatuti excludentis filias fœminas propter maſculos, & diſponentis, quod filiæ fœminæ debeant dotari arbitrio bonorum virorum propinquorum, quæ & quanta eſſe debeat, & an, & quando in dote congrua, & competenti legitimæ ratio ſit habenda, vt vltra dotem ad illam, vel eius ſupplementum agi poſſit, & nu. 26. vſque in finem cōſilij.*

*21 Legitima nulla debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.*

*22 Nec ei, qui præteritus, vel exhæredatus teſtamentum non poteſt querelare, uel rumpere.*

*23 Legitima filiabus à ſtatuto propter maſculos excluſis non debetur.*

*24 Filiæ vltra dotem datam aliquid loco legitimæ: uel eius ſupplementi petere non poſſunt, ubicunque ſtatutum illas propter maſculos excludens dicat, quòd fœminæ dotatæ à patre, uel à fratre ſtare debeant contentæ dotibus datis à patre, matre, uel fratre.*

*25 Partem non faciens nunquam admittitur ad partem, quamuis is, qui ad partem non admittitur, quandoque partem faciat.*

*27 Dos ex diſpoſitione ſtatuti quando iure vniuerſalis ſucceſſionis, & quando iure ſingulari deberi dicatur.*

## EPITOME.

Renvnciatio de bonis paternis, & maternis facta fratri à ſorore propter dotem ſibi datam, uel promiſſam, cum iuramento de non contraueniendo, & pacto iurato de non petendo aliquid in bonis, & hæreditate patris, & ſtante ſtatuto loci filiarum fœminarum propter maſculos excluſiuo, valet, & ſeruāda eſt, nec filia illi, quicquam ex hęreditate patris petendo, contrauenire poteſt, maximè ſi ex ea læſa enormiter ultra dimidiam non fuit; etſi ita læſa fuiſſet, abſolutionem prius à iuramento cauſa cognita, & parte citata petere, & impetrare debet.

## CONSILIVM LI.

Svbtiliter, ac copioſè allegatum, & de iure concluſum eſſe arbitror per Excellentiſſimos Iureconſultos, Reuerendum Dominum Antonium Burgos Hiſpanum, ac Dominum Ludouicum de Gozadinis